2008 Minist de Cultura

Observatorio de San Fernando
BIBLIOTECA
Núm. del Invent. 3445
Secció[illegible]
Carpe[illegible]
Estan[illegible]

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 2124

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S[illegible]

2008 Ministerio de Cultura

J. A. [illegible]

Autor: Albumasar

1489 -

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

# Introductorium in aſtronomiaz Albumaſaris abalachi octo conti nens libros partiales.

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

¶ Incipit liber introductorius in aſtronomiam Albumaſar abalachi.

Pudiannos artium principijs que ars extrinſeca pre
ſcribi ſolet librorū in inicijs: non ſcripto vllo autentico
ꝙ ego mea lingua inuenerim: ſed doctorum tantū ſua
cuiuſqꝫ ſentencia paratur. Apud arabes contra duoꝝ
ſiquidem primum nec aduertiſſe videntur vnqꝫ: tam ꝛ
ſi particulariter vnqꝫ ac ſparſim aſſumāt: noſtro tamē
iudicio non parum neceſſarium. Scōm vero Cōmer-
ticium quidez illis nec ſcripto dignum viſum eſt tanqꝫ
egregium aliqđ inuente ſcripture cōmendarunt. Ab hoc igitur ſcđo genere
huius operis auctor incipiens: ſeptez inquit ſunt omnis tractatus in inicijs
Auctoris intentio: operis vtilitas: nomen auctoris: nomen libri: locus in or
dine diſciplinū: ſpecies inter theoricam ꝛ practicam: partitiones libri. Que
apud nos qñqꝫ partito ſufficiens operis videlicet tytulo: auctoris intentiōe
finali cauſa: materia tractandi: et ordine que omnes fere tam tractatus qꝫ
materie omnis exordio ꝛ neceſſaria et ſufficere videntur: ſuam tamē ſingul'
reddit cauſam. Que cum ego prolixitatis exoſus ꝛ quaſi minꝰ continentia:
cum et hunc morem latinis cognoſcerem preterire volens anio ipſo potius
tractatu exordiri pararem. Tu mihi ſtudioꝝ oīm ſpecialis atqꝫ inſeparabil'
comes: rerumqꝫ ꝛ actuum per omnia conſors vnice miſi memores obuiaſti
dicenſ. Quanqꝫ equidē nec tibi pro a more tuo mi Hermāne nec vlli ꝯſulto
aliene lingue interpreti in rerum tranſlationibuſ abceci, ſentencia quandā
nullatenus aduertenduz ſit ita tamen alienum iter ſequendum videtur ne
precuras. Priſtior nō qui librum hunc in arabica lingua legerit ſi in latina
non ab exordio ſuo qua primum legentis intuitus incidit inceptum videat
non induſtriam ſed ignorantiā putans: et operis forſitan integritatē detri-
menti: ꝛ nos deuie digreſſionis arguat. Parui quidem eſt ipm etiaz laborē
tuo potiſſimū inſtinctu aggreſſus ſim: vt ſi quid ex hoc noſtro ſtudio latine
copie adiciatur: non mihi maius qꝫ tibi merita rependatur. Cum tu quidez
ꝛ laboris cauſa ꝛ operis index ꝛ vtriuſqꝫ teſtis certiſſimus exiſtas: expertus
quippe nihilominus: qꝫ graue ſit ex tam fluxo loquendi genere quod apud
arabes eſt: latine modi congruū aliquid cōmutari atqꝫ in his maxime que
tam artam rerum imitationē poſtulant. His habitis ne longius differatur
ab ipſius verbis tractatus inicium ſumamus. Intentionis inquit expoſitio
rei ſūmam breuiter ꝛ abſolute ꝓponens: diſcentis animum attentum parat
ꝛ docilem. Utilitatis promiſſio laborem alleuans interdū animi quendam
affectum adaptat. Auctoris nomen duabus de cauſis neceſſarium eſt. Tū
vt opus autenticū reddat. Tum ne alij dum vagum et incerti ſit nominis in
incerto aſcriptū iniuſtaz parat gloriaz. Libri nomen intentionis teſtimonio



BIBLIOTECA DEL ...

2008 Ministerio de Cultura

accedit. Locus in ordine diſcendi animū diſcentis: quo lecto quid legendū ſit inſtituens ad diſciplinarum intellectum non inconſulte dirigit. Scientie genus partici omniumqꝫ numerus: ⁊ ex ipſo attentum iter reddit ⁊ docilez. Qm̄ ergo inter oēs huius artis, ſcriptores nullus actenus inuentus eſt qui vel cōtradicentibus reſponderet: vel approbantibus argumentū daret: ad huc nec nullus qui plenarie ſcriberet artem. Noſtra quidem in hoc opere intentio ⁊ illis reſiſtere ⁊ his firmamentuz dare ⁊ integram diuino auxilio artem tradere. Unde non hanc vtilitatem conſequi manifeſtū ſit: ne qui deinceps operam huic artificio dederint: quia diuerſa ex diuerſiſ operibus aminicula neceſſaria ſint vel deſiſtant vel deficiant. Quoniam igitur opus certis: ⁊ auctoris et libri nominibus confirmare neceſſariū duximus hunc tytulum ꝑſcribentes dicimus. Introductorium in aſtrologiaz Albumaſar abalachi. Qua de cauſa ⁊ poſt aſtronomiā in aſtrologiā p̄mo loco legend⁹ ſit in theoricam ſcꝫ hui⁹ artis partem principal'r atqꝫ general'r: editus octo partitionū numero deſcriptuſ: quaqꝫ ſuis differentijs ſubdiuiſa. Partitiōis prime capitula quinqꝫ. Primum de inuentione aſtrologie. Secundum de ſiderum motus effectu. Tercium de effectus qualitate. Quartum de confirmatione aſtrologie. Quintum de vtilitate aſtrologie.

Cap'l'm primū.

PRimuz itaqꝫ: que cauſa: qua ratione hoīem in terra poſitū ad celeſtis conſilia decreta ſcrutanda primum excitauerit: deinde prouexerit exponenduz videretur. Nec enim motu quoqꝫ inprouiſo aut repētina quorumlibet impulſione tm̄ iter arreptum: nec ſine ſūmo ſtudiorꝫ impendio tranſcurſuz videtur. Partimur igitur omne ſiderum ſtellarūqꝫ ſcientiā gemina ſpecie in motū celeſtium ac motuū effectuſ. Prima quidē ſpecies mathemathica vniuerſalis ſapientia vocatur. Integrā eteni perfecamqꝫ tradit ſcientiam quantitatis et habitudinis circulorū motuūqꝫ celeſtium in ſe eiuſqꝫ primum: deinde ad alios tamen vſqꝫ ad terre globum Terre ſiquidez corpus rotundū globoſum: circulus ſuprem⁹ diuina virtute perpetuo ambiens ceteros infra contentos ſuis cum ſperis die noctuqꝫ ab oriente per occidentē integro circuitu ꝯuertit. Unde ☉ per diuerſas terraꝝ partes diuerſis nationibus nūc eleuari ſimulqꝫ occidere: alijs nunc ꝯuerſo ſicqꝫ alijs diez alijs interim noctez eſſe neceſſe eſt. Circulorum etenim inter ſupremum ⁊ terrā motus alijs cum ſūmo: alijs contra. Stellaris vero mot⁹ omne genus fere contra. Supernoꝝ vero motuum quantitatis ⁊ qualitat̄ pars humanis ſenſibus patuit. Unde omnes ſciencie primordium partem rationi tribus ex locis computo proportione ⁊ mēſura: argumentū neceſſe materia infert vbi qui huic ſapientie non concedāt: ⁊ ſenſu debiles: ⁊ rōnis alienos eſſe: ꝯſequēs ſit. ¶ Hanc igitur vniuerſalē ſapientiaz Ptholome⁹ poſt hamū quendā tradit i libro ſuo almageſti, poſtqꝫ ⁊ ego ait Albumaſar

2008 Ministerio de Cultura

in tabulis noſtris maioribus in fine richene elchebir celeſtium diſcurſus ꝑ ſecutus ſum:nos quocꝫ. Secunda vero naturalis in ſuo quidē genere non minus vniuerſalis ſtellarum corpoꝝ naturas et ꝓprietates in ſe primo tunc accidentiū inferioris mundi ducatū partim crebris quibuſdā experimentꝭ: ꝑtim natali ſpeculatione quadū inſeqtur. Ex eo ſiquidē qui varios ſtellarū diſcurſus diuerſe elementoꝝ in rebꝰ elementatis alt̃nationes ſolito certacꝫ lege ꝯſequunt̃. Jd non ſine aliquo natali illarū in his motu fieri neceſſariū videtur argumentū. Eſt igitur huius ſcientie pars que per ſe cōſtans parteꝫ minus manifeſtā ratio nature quodaꝫ ductu conſeqtur:vt qui huic ſcientie ꝯdicant: nec multe eos in his expientie ⁊ rerū nec parū cōſcius eſſe conſtet.




Partꝭ igitur manifeſte lumina principalr̃ vbi oīm celeſtium notabiliora ſunt certa gerunt ſigna:ac primo loco ☉ :nemo ſiquidem ignorat anni tp̄m legittimos ſucceſſus elemēta mōi vſitatꝭ alterationibꝰ afficiētes ordinatos



2008 Ministerio de Cultura

☉ per circuli quadrātes itus atq; reditus ꝯſequi. Deinde per ſingulos etiaꝫ dies atq; horas non nihil noui variiq; motus in rerum accidentibꝰ ☉ ſequi videmꝰ. Quibꝰ ſiquidē oritur aſſentit: deſcēdit occidit: aīantibꝰ: graminibꝰ metallis per ſingulos motꝰ aerē terraꝫ aquā: ipſorūq; naťas ꝛ ſtatꝰ: frigore calore ſiccitate humore inť gñationis ꝛ corruptionis: augmēti decremētiq; alternationes alterat. ¶ Uſq; adeo quidē motꝰ etiaꝫ tam hoim q̄ ceteroꝝ aīalium primum ☉ iter ſequanť. ☉ ſiquideꝫ oriente ſurgere: et progrediunť aſcendente curſu addunt: deſcendēte minuūt: occidente reuertunť. Ac tāq; motꝰ abſente duce geſcunt: ad exituꝫ illiꝰ iterū exituri. In graminibꝰ quoq; ☉ virtus manifeſta quoꝝ gñationes incrementa maturitas ☉ maxime cō-mittanť apparet in quibuſdaꝫ manifeſtiꝰ: vt in ſolſequio ꝛ elmofar herba q̄ arabes herba thelancianila latini neceſſe apiū vocant. nā nec metalle na-turā hanc euadunt. Quedam enim abſentia ☉ coagulanť. quedam radijs confortanť cuius virtꝰ manifeſta in eliodropia gēma necnon quibuſdā .v. noibus ac margaritꝭ. In his igitur hꝰmodi vis ꝛ effectꝰ ſolaris manifeſtiꝰ.

Luna



2008 Ministerio de Cultura

¶ Poſt ſolē ☽ rerū teſtimonio accedit. Nōnullis enim vel de vulgo haut dubiū eſt lunares acceſſus ad ☉ ⁊ receſſus ortꝰ ſcꝫ ⁊ occaſus: incremēta ☽ et decrementa aurarū marium in animalibus et graminibus et metallis qualitatum et quantitatum motus comitari in menſtruis animalis ſubeſt humorū incremētis ⁊ decrementis mariſqꝫ cottidianis: ſeu per ſeptimanas lunationis acceſſibus ⁊ receſſibus. Nōnulli etiam numeroſis obtinent experimentis ex diuerſis ☽ manſionibus diuerſa tempora varijs qualitatibꝰ affici: vt ex hac veterorum ex illa nubium ex alia pluuiarum atqꝫ id genus

¶ Poſt ☉ et ☽ ſtellarum oīum tunc quidam affectus certi ſunt. preter qd vulgo nō adeo ſunt vbi luminū virtus approbati: nequaqꝫ tamen vel vulgo ignotum eſt qualitates temporum inter augmenta ⁊ decrementa ſtellarū quadam in ☉ ⁊ ☽ participatione alterari: quorum motuum niſi hec participatio cauſa exiſteret: nec eſtas eſtate calidior nūqꝫ fieret: nec hyems hyeme frigidior. Certum igitur eſt quibuſqꝫ nationibꝰ per omnia climata rerum generationes ⁊ corruptiones temporum alterationibus moueri. Alterationum autē huiuſmodi cauſam exiſtere ☉ ⁊ ☽ ſtellarūqꝫ aminicula. Primo quidē anteceſſorum longeue vite vigiliſqꝫ indaginis experimentis vſqꝫ ad poſterorum memoriā reſeruatis. Secūdo ex eis que cōſtabat ad ea que minus paterent cognata rerum collatione ingenium puehente. Cum itaqꝫ rationem quide m ingenium promptius concedat: experimentorum etiam cauſas in rerum indagine nō ineptas eſſe aſtruendum videtur. Habet enī omne artificium in ſuo genere de tranſactis ad ea que ſequunt experimentorum fidem. Sic equidē agricola: ſic paſtor: ſic naute ſuo quolibet officio ex quarundam ſtellarum locis horas comodas vel incomodas. Agricola quidē ſementi et inſitionibus paſtor cōmiſcendis gregum armentorumqꝫ ſexibus: ad conceptus ſtabiles atqꝫ partus ſanos. Nauta nihilominus ventos amicos atqꝫ inimicos preteritorum experimentis prouidet: quibus omnibus ſtabilis et ſerioſe indaginis per elementorum motus temporum alterationes ☉ et ☽ atqꝫ ſtellarum curſus experimenta fidem faciunt. In inſitione ſiquidem ex hora temporumqꝫ inſitionis prenoſcit agricola inter arborum genera: has incremento addere: illas fructus accellerare: alias fructibus indulgere: alias aliter atqꝫ aliter. A quo ſi tanqꝫ argumenti locū exquiramus experimentorum vſum nihil ambiens pretendit. Hanc ſecus obſtetricū vaticinijs: quibus experimenta fidem gerunt. Preſciunt ſiquidē experto primum vtrum ne grauida ſit. Secundo ſexū diſcernunt: deinde ⁊ ex pmogenitis quos partus virginales vocant. Utrū ne amplius ea mater paritura ſit preuidentes ipſos etiam partus futuros prenumerāt. Habita nanqꝫ ſuſpitione pregnantis cum id experimento diſcernendam fuerit mā millarum capitella notant. Que ſi ſuffuſa et amplexata videntur: ipſamqꝫ



BIBLIOTECA DEL

2008 Ministerio de Cultura

colore variato: oculis profundis: acie oculorum acuta: albugine plena atqꝫ
turgida: grauidam eſſe ratam habent. Ad ſextum diſcernendum. Utrum
pregnantiſ tractant quem ſi plenum rotundū abilem durū ſenſerint: ipſā maqꝫ
colore mundo maſculū predicant: oblongū laxum ineptū ipſamqꝫ colore
maculato feminā teſtantibꝰ māmillarum capitellis in maſculo ad rubium
in femina ad fuſcum colorem ꝯtrahentibuſ. Alio quoqꝫ modo accepta enſ
inter digitos lac pregnantis ſi ſpiſſum viſcoſumqꝫ ſentitur maſculi ſignum
rarum ⁊ liquidum femine. Item alio: lac nanqꝫ pregnantis ſpeculo ferreo
ſuperfuſum: ſicqꝫ ad radios ☉ equabiliter locatum. Si per horam confluit
in ſimilitudinem vnionis maſculum fert: diffluens et expanſum feminam:
Pariente vero ꝙ̄ primum proles ſupra terram decidit ad caput infantis re
ſpiciunt: ꝙ ſi pilorum congeriem quaſi cirritim videant maſculū deinde pa
riturum preſciunt. Sicqꝫ geminis cirris gemellos. Nam ⁊ domini fortune
proſpere ſignum apud illas: quotiens cum folliculo ſano partus egreditur
deinde future generationis numerum metientes folliculum infant̄ primo
geniti vulue matris inherentem anteꝙ̄ ſoluatur pertractant: in quo quot
tanꝙ̄ nodos ſeu quaſi calculos inueniunt: tot partus futuros numerant:
quibus non inuentis nihil deinde parituram prenoſcunt: nihil in horū ali-
quid dubitātes niſi forte prius aborſu confuſa fuerit. Ad hunc itaqꝫ modū
cum vulgaribus ingenijs experimentorum vſus tante ſit auctoritatis: tum
apud medicos etiam experimentoꝝ certitudine firma cure ſue prouidentia
eſt. prouident hi quibus firmior eius artis experientia eſt inter naturalia ⁊
circa naturam: per anni tempora: terrarum climata: quoddam humorum
genus in corporibus humanis. Ceteris autem cui ceterorum parti vſqꝫ ad
quantum preualeat: deinde quid cui ſalubre quid noxium ipſius etiam in-
cōmoditatis corporee augmenta detrimenta ſtatū alterationes: iuxta qđ
cuiuſqꝫ naturā eorum que nature contraria ſunt paſſiuam vident non na-
turalium inter vtrunqꝫ genus mediante collatione: certis terminis metiunt̄
Id autem eſt per ipſas alterationes elementorū motus: alterationum mo
tuſqꝫ cauſas vires ſtellarum: non motuum experto memorantes vim ☉ ca-
lorem: vim ☽ humorē: motus vtrorumqꝫ ſtellarum et ſiderum cum his per
mixtionem. Hoc ergo artificioꝝ genus quanto vulgaribus dignius: tanto
huic noſtro ꝓpinquius. Eſt aūt medicine in parte dignior officium. Primo
corporum materias elementorum ſcꝫ naturas ſubtiliter perſpicere: deinde
in corporibus ſeruata proporcionabilitate cōmiſcere: cōmixtionum demū
ex naſali neceſſitatis acceſſu atqꝫ receſſu accidentiū motus tractare. ¶ Of-
ficium autē aſtrologie in parte ſcōaria ex motu ſtellarum elementoꝝ motꝰ
temporumqꝫ alterationes atqꝫ tum mundi ipſius tū partium eius: hic gene
raliter: hic ſpecialiter metiri accidentium motus. Ut igitur medicus ſenſibi
libus primū experimentis inſtructus: deinde ad nature ꝓprietates ꝓuectus

2008 Ministerio de Cultura

ſpecieꝝ hanc calidā hanc frigidā ſiccamqꝫ vel humidā morboꝝ huic vel illi
ratum habet accomodā: ſic aſtrnlogus ex ſenſibili quadam experimētorū
inſtitutione ad naturales celeſtiū corporū prouectus. Solem calidaꝫ: lunā
humidaꝫ: ſicqꝫ ſtellarum ⁊ ſiderum cuiuſqꝫ vim ⁊ naturā effectuum ratione
certam habet. Itaqꝫ vulgaria quidem artificia particularia. Medicina ve
ro ⁊ aſtrologia magis vniuerſalis videret̄. eo ꝙ ſui queqꝫ generis integrita
tem amplectit̄: niſi ꝙ aſtrologiā tanto altiorē quanto materie dignioris eſt
eſtimamus. Medicina ſiquidem in elementoꝝ naturis ⁊ in alterationibus
corporūqꝫ ex eius compoſitione ſtatu ⁊ accidentibus exercitat̄: aſtrologia
vero in celeſtiū corporū motu ⁊ naturis atqꝫ per mundum inferiorē effecti-
bus tota conſumit̄. Medicus quidem elementoꝝ alterationibus operam
dat. Aſtrologus ſtellaruꝫ motus ſequit̄ elemētarie ad alterationis cauſas
Sic igitur ⁊ omnibus artificijs ſiderum ſtellaruꝫ ſcia. quantū celeſtia terre
nis preſtant ⁊ genere nobilior ⁊ dignitate celſior inuenit̄. Que cum ita ſint:
quid terreat ſapientem vel ſtellarum motus ſectari vel motuuꝫ effectus ſpe
culari vbi cum anteceſſorū crebris experimentis philoſophorū acutis aſſer
tionibus ſtellarum motus iuxta naturas earundē mundi accidentia con-
ſequi ratum habeat. Quando ex celeſtium conſilijs rerum generationes ſi
ue corruptiones imminere videat tanquā aliqua reuerentia retenta vel cre
dere non audeat ꝙ certū habet vel enūciare vel palam monſtrare poteſt
Quemadmodū enim elementoꝝ motus temporūqꝫ alterationes atqꝫ gene
ralia mundi accidentia. celeſte conſiliū palam ſequunt̄ Sic ſingulos etiam
quorumlibet indiuiduorum per omnē mundū inter generationes ⁊ corru-
ptiones augmēta ⁊ detrimenta omniūqꝫ alterationū motus ex eadem ori-
gine ordinari familiarꝫ toti⁹ ad partes cognatiōis ratio habet Que omnia
experimentoꝝ primum fundamento poſito: cognata collatrix ſtudioſa in-
dago tandem conſecuta eſt: vt ſi quando vel his intercitat error non artis
integritas: ſed artificis ignorantia potius ſeu negligentia arguat̄. ¶ Reſtat
enim artis profeſſor qnociens artificiū ſuſceperit vt ſtellarū ſiderumqꝫ mo-
tibus locis per gradus ⁊ puncta naturis etiam ⁊ affectionibus omnino in-
ſtructus accedat: nihil intermittens de rerum naturis qualitatibus ordini
bus habitu locis temporibus: aptitudine ſtellarū habitudini apportionata
Quibus ſiquidem defuerit imperfectū aliqua in parte labi nihil mirum eſt.
Hic igit̄ error vnde caueri poſſit inſinuemus. Videt̄ enim duabus de cau-
ſis principaliter incidere: tum ex parua cognitione rerum habitudinis in
quibus iudicanduꝫ eſt quid rerum an ſiderum aſcribat̄. Cum ex minus ſa-
na celeſtis conſilij conceptione: vnde plerūqꝫ permixtio confuſioqꝫ ducatuꝫ
accidit ne leuiter elegi poſſit quem pre ceteris ſequamur. Que cum ita ſint
nec in hoc nec in alijs artificijs que ad prouidentiam pertinent qui omnia
conſequi non poteſt pars quam obtinuerit relinquenda eſt. Modice nāqꝫ

BIBLIOTECA
DEL
OSSERVATORIO DE S. [illegible]

2008 Ministerio de Cultura

ſciētie no n modica plerūqꝫ fruges eſt maxime in euentuū prouidētia. Ui/
demus aūt ꝛ medicos ꝛ alios id genus in ſuo quoſqꝫ artificio nōnunqꝫ de/
cipi. Nec tamē ideo vel opem ipſorum recuſari vel artem diſplicere: quāqꝫ
aliorum artificum error quā aſtrologi in curia ad pniciē procliuior. Me/
dici ſiquid ē fallacia mortis ſepe cauſa fit: ſubauđ naute interitus aſtrolo/
gi errorē ad maximū ſepe in ſcientia reprehenſio conſequit̄. Cum igit̄ ex ar
tis huius ꝛ veritate maius cōmodum ꝛ fallacia minus incōmoduꝫ ſequat̄.
Nec diſplicere cuiqꝫ artē conuenit: ꝛ profeſſoribus ſūmope ſtudendū ne ob
culpā cuiuſqꝫ ars innocēs infeſta reddat̄.

Capl'm ſecūdū. De ſiderū motus effectu.

Nunc aſtroꝝ effectus ſpeculari cōuenit premiſſo quod in om/
ni tractatu fieri debet vt inter inicia diſponat̄ id de quo agat̄
Sequimur a primordio tractatus ſtellarum ducatus p mun
dum inferiorē ad omnē rerū generationē ꝛ corruptionē ſuc
cedit ſpeculatio ſideree nature omniſqꝫ habitus ꝛ affectionis
Cohercemur aūt quatuor terminis omniū rerū ſciētiam cir/
cūſtantibus. Prim⁹ quidē quo querit̄ inuentū ne eſt ꝙ tractat̄ nec ne. Se/
cundus quid. Tercius quale ſit. Quartus quare. Omnis ergo inuentionis
origo prima ſenſuū eſt: monet enim ſenſus opinionē. Unde ad rōnem intel
lectu dicto fit aſcenſus. Eſt ergo vt docuimus inuētionis aſtrologie. prima
cauſa viſus. ſecunda ratio conſecuta eſt vt hinc etiam ad alium quēdam ce
leſtis ſecreti intellectū artis perfectio conſcendat. ¶ Omnis vero philoſo/
phie ſuperneqꝫ indaginis auctoritate ꝛ ratione conſtat ſubſtantiā ſtellariū
corporum nec ex aliquo elemētoꝝ huius mundi effectā nec ex pluribus vel
omnibus congeſtam. Si enim ex his elemētis eſſet eam elemētarie prolis
neceſſitates cōſequerent̄: generatio corruptio augmētatio diminutio reſo/
lutio cetereqꝫ id generis alterationis: que cum illic aliena ſint tam circuloꝝ
celeſtium qꝫ ſtellariū corporū ſubſtantiā ex quinta quadā alia natura con/
ſiſtere ratio concludit. ¶ Qualitas aūt eorum corporū in forma eſt. Sunt
enim corpora ſperica perlucida naturali motu degentia. Quorum motuuꝫ
eaꝫ neceſſariā intelligimus cauſam vt ſuperioris eſſentie motus inferiores
naturas agendo miſceret. Que cōmixtio ad omnē generationē neceſſaria
erat. vnde philoſoph⁹ tandem intellexit inferiorē mundū ſupiori neceſſita/
te quadam ligatum qui naturali quodam motu voluit̄: habentē hūc trahe
ret. Superior etenim mundus inferiorē perpetuo ambiēs cum ſibi alliga/
tum trahat motus mundi materias agitans actus ꝛ paſſiones miſcet gene
rationum omnium cauſas. ¶ Motus autē celeſtibus non niſi circularis
aptus erat. Nec enim perfectus eſt niſi circularis qui cum cauſa principio
quā fine careat: neſcio qua parte quietē admittat: aliis nāqꝫ motibus cum
ſic principium ꝛ finē habent quo cum pueniant ſiſtere neceſſe ſit. ¶ Inferio
ris autē mundi corporum duo ſunt motus alter rectus finem habens quo

2008 Ministerio de Cultura

cum perducant̃ ſiſtant vt ignis ⁊ aeris ſurſum terre ⁊ aque deorſum. Alter vo circularis qui reſolutiones atqꝫ alterationes ex alteris ĩ altera rurſuſqꝫ ex illis in hoc circumagant. Hunc itaqꝫ motum ambientes mundi motus trahens in rerum generationes ⁊ corruptiones agit. Sunt enim generationes in elemeutis .i. potentialiter potentia reſolutio vero ex alteris in altera genituram actu inſtaurat, verbi gratia. In ligno fumus potẽtia quẽ ignis in lignum agens actu ipſo generat.: haut ſecus generatio quidem ⁊ corruptio in elementis potentia quas motus ſiderum elementa alterando in inuicem reſoluens in rem ipſam producit. Omnium autem huius mundi corporum alterius in alterum actus bipartitus reperit̃: aut amborum contactu: aut inter vtrũqꝫ mediante aliquo. Contactu quidem vt ignis in materia exuſtionẽ facit: mediante vo alio tripartitus. Primus arbitrio vt cum mouet̃ alterũ ab altero per mediũ vtrũqꝫ extremorũ ſimul contingens: aut inter vtrũqꝫ intercedẽs. Secundꝰ natura: vt cum ignis aquaꝫ mediante calore calidam reddit. Tercius intrinſeca proprietate quadam: vt ſcilicet lapis magnes ferrũ trahit ꝑ mediũ aeris interuallũ: eo ꝙ lapidis id agẽdi virtus ineſt ⁊ ferri natura eius actionis paſſiua qđ nihilominꝰ fit vel alio corpore interpoſito vt lamina cuprea atqꝫ id genus ſed ⁊ ꝯtactu accidit ꝙ dũ lapis ferrũ trahit ⁊ materiã aliã plerũqꝫ ferro coherẽtẽ trahi: hicqꝫ modus alterũ in alterũ nature ꝓprietate quadã agendi in multis taꝫ herbis qꝫ lapidibus inuenit̃ vt colofoniũ ignis oleum .i. ebñtoꝝ olitẽ nouit. Hoc igit̃ modo celeſtis eſſentia in inferioris mũdi naturã agere oĩno videt̃. Quoniã ⁊ illiꝰ nature nec huiuſmõi virtus ineſt ⁊ huiꝰ natura eiuſmodi virtutis receptiua ex quo actu ⁊ paſſiõe mũdi nã ꝑmixtio fit generationũ oĩuꝫ mat̃. Cum igit̃ aſtra generationis reꝝ cauſa ſint: ea generationis eiuſdẽ ducatũ obtinere cõſequẽs eſt. Sunt vero nõnulli qui quod ab alio quodqꝫ propter aliud fit idem putant nec quicqꝫ ab alio per diſtantiam interuallum fieri poſſe autumãt eẽ quos ſunt huiuſmõi motuum tres diuerſitates. Primum ꝙ facit ſecũdũ ꝙ faciẽte fit: terciũ ꝙ ex aliquo ꝯſequit̃. Facere vo duobꝰ modis arbitrio ⁊ natura: arbitrio vt ire ſtare ſedere. Natura vt ignẽ vrere. Fieri qꝫ ſimilit̃ arbitrio iteꝫ ⁊ neceſſitate: arbitrio vt lr̃aꝫ ſcribere. Neceſſitate vt materiã igne aduri qđ vo propter aliud fit ab his diuerſuꝫ. Nec eniꝫ faciẽte alio fit: ſed alio precedente nec quadã cognatrice conſequit̃ verecũdiaruborẽ: timorẽ pallor. Muſica modulamina animi corpiſqꝫ motꝰ conſoni: ad hũc ergo modũ celeſtia corpora cũ ſuꝑ hũc mundũ motu naturali ferunt̃ conſequunt̃ alligati ſibi inferioris mũdi elemẽtoꝝ motꝰ naturales: generatiões reꝝ ⁊ corruptiões ꝓducẽtes: exẽpli gr̃a: Sole primi circuli quadrãtẽ ꝑ agrãte elemẽta calidis ⁊ humidis qualitatibꝰ tpari videmus. Sicqꝫ terrã ⁊ arbores herbis ⁊ folijs veſtiri: floribꝰ adornari: reꝝqꝫ aliarũ corruptiones aliaꝝ generationes atqꝫ ad hunc modũ: nõ ex ſolis aliqua deliberatione ſed diuinitꝰ inuĩcto officio eũdi ꝑ circulũ reꝝqꝫ natura eiuſmõi moribꝰ adapta eſt

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

Poſtremo philoſophi ſermonẽ ſubiungimꝰ quoniã circulus mouet̃ cauſaꝫ
mouentẽ habere neceſſe eſt: quã niſi intelligamus ad infinita deducemur:
circuli vero motus infinitus q̃ꝓpter virtutẽ mouentẽ infinitã eſſe cũqꝫ in
finitã ⁊ incoꝛpoꝛeã. Sic igit̃ cauſam omnis alterationis ⁊ coꝛruptionis ex/
traneã eſſe cõſequẽs eſt.

## Capitulũ tercium De effectuũ qualitate.

QUatuoꝛ ſunt genera extra que nulla inferioꝛis mũdi rerũ ſpe
cies gbꝰ exponit̃ facile pateat qꝺ ſiderũ vires de huiꝰ mundi
accidẽtibꝰ eligerit: Sũt aũt hec: foꝛma: materia: cõpoſitio: cõ
poſituꝫ. ¶ Utemur igit̃ loquẽdi apud pħos viſitato mõ quo
foꝛmã humanã dicũt eã qua oẽ huiꝰ ſpeciei indiuiduũ hoc di
cit̃ equina equꝰ. Materia ṽo ſeu natura q̃terna: terra: aqua
aer: ignis. Cõpoſitio aũt elemẽtoꝝ incoꝛpibꝰ armonia. Cõpoſitũ ṽo ꝙ huiꝰ
modi cõpoſitione effugit̃ qualia ſũt oĩa animãtiũ germinũ metalloꝝqꝫ coꝛ/
poꝛa. In oĩbꝰ igit̃ coꝛpibꝰ his que ſentimꝰ quatuoꝛ hec genera inueniũt̃. pri/
mũ ꝙ cõpoſitũ eſt: ſecũdũ cõpoſitio. terciũ natura. quartũ ſpecies: his ita cõ
poſitis cũ pħi ſermonẽ ſubiungimꝰ: oĩs geniti genitricẽ eam antiquioꝛẽ eẽ.
genitũqꝫ ad eſſe depħẽſionẽ ducere: verbi gr̃a. Suſtento ſuſtinẽs antiquiꝰ
vt terra terrenis coꝛpibꝰ. Sic ergo cõpoſitis tũc materie antiquioꝛes ſint.
Erũt quidẽ genera ⁊ ſpẽs aĩaliũ germinũ metalloꝝ in natura potẽtia actu
uero Tandẽ vt cõpoſitio ſucceſſit Nec vero cõpoſitio niſi cõponente aliquo
cũqꝫ modo veticũ ne cõpoſitũ ſui cõponẽs aut ſibi materia ſit que cũ ita ſint
eſt habere genitoꝛẽ: omne genitũ oẽqꝫ cõpoſitũ cõpoſitoꝛẽ diſcernentẽ int̃
genera ⁊ ſpẽs omniũ. Hinc ergo cõſtat opificẽ genitoꝛẽ ⁊ diuerſitatis dein
de ſideris motibus nature ducatũ cõmẽdaſſe. Celeſtis ſiquidẽ motus vir/
tutẽ cõpoſitiõis huiuſmõi atqꝫ differre cãm eẽ ex antedictis collectũ eſt: ſo/
lo ꝙ in cõpoſitione indiuiduarũ atqꝫ differẽtijs ſpecierũ ꝑpotẽte vtpote aĩe
coꝛpiſqꝫ ſpãliter armonia cõciliãte. Cũ igit̃ omne cõpoſitũ ex foꝛma ⁊ mate
ria conſtat. Foꝛma tñ prioꝛ quaſi cõpoſitis adaptã ſibi materiã exquirit vn
de in pħia foꝛma quidẽ artifici: materia ṽo inſtrumẽtis compat̃. Ut enim
diuerſi artifices ſuis quiqꝫ inſtrumẽtis opant̃ nihil alienis egentes. Opus
aũt nõ inſtrumẽtis ſed artifici aſcribit̃ ſic diuerſe foꝛme nec hoc belua: auis
ꝙ enim de natura homini aptum alienũ eſt belue. Sicqꝫ aliud belue aliud
aui. Aſſumit eni humana foꝛma de naturis calidum humidũ ſicqꝫ de cete/
ris ꝙ ſubtilius aptumqꝫ recipiende anime rationali motibuſqꝫ erecte ſtan/
di ſedendi atqꝫ id genus. Foꝛma vero calidum ſiccum vnguibus dentibus
barbatibus atqꝫ aſperitati aptum: beſtie foꝛma frigidum ſiccum calci vngu
lis atqꝫ tibijs idoneum. ſicqꝫ omnis foꝛma ꝙ ſibi de materia patiente con/
gruum eſt trahit. Ita ergo omne compoſitum nõ materie ſed foꝛme aucto
ritate pꝛincipaliter aſcribit̃. Hanc igitur vt cognitis omnibus que in rebus

2008 Ministerio de Cultura

compoſitis huiuſmōi principia pariūt facile ītelligat̃ quid aliūde obueniat ꝙ ſtellarū virtuti relinqui neceſſe eſt. ¶ Primo materiarū quatuor ꝓprie-tates tribus differētijs diſtinguimꝰ. ¶ Prima eſt qualitatū cōtrarietas vt caloris ⁊ frigoris. ¶ Secūda eſt alteriꝰ in alterū reſolutio: vt terre in aquaꝫ aque in aerē: aeris ī ignē: ſicꝫ ecōuerſo. ¶ Tercia eſt augmēti detrimētiꝫ receptio. Eſt enim aeris pars parte humidior: terre ꝑs ꝑte ſiccior. ¶ Forme quocꝫ tres alie ꝓpriet ates ab his diuerſe. ¶ Prima ꝙ nulla forme ineſt cō-trarietas nec homo in eo ꝙ rōnalis mortalis eſt rōnali vel mortali conſtat cōtrarius. ¶ Secūda ꝙ nō reſoluit̃ altera in alterā: vt homo nūquā fit aſi-nus. ¶ Tercia ꝙ nec augeri nec detrimēti capax: nec enī homo hoīe magꝭ minuſve rationalis vł mortalis: his igit̃ omnia oībus corporibus ex his in eſſe principijs cognoſcimus ꝙ in rebus contrariū reſolutorium creſcēs de-creſcens reperit̃. vt homo nunc calidus nunc frigidus nunc ex calido in-frigidū trāſiens nūc magis nūc minus calidus vel frigidus ex materia eſt. ꝙ vero oppoſitum his in ſuo genere ex forma eſt: ꝙ itacꝫ nec ex materia eſt nec ex forma ineſt: tamen quia nihil eſt cuius ortuꝫ legittima cauſa ⁊ ratio nō precedat nec preter hoc in inferiori mundi parte quicꝫ ꝙ cauſe locum optineat ſupſtes id celeſtem potentiā cōſequi neceſſe eſt. Id aūt eſt ut ge-neris a genere ſpeciei a ſpecie indiuidui ab indiuiduo diuiſio ⁊ diſtātia vt anime corporiſcꝫ armonia aliacꝫ accidētia īnumera: vt ſexus: diſcretio for-me: ⁊ habitudinis decor vel turpitudo ſtature īequalitas: varij colores: di uerſi mores: atcꝫ id genus. Omne igit̃ indiuiduū ex tribus principijs cōſtat proprietatibꝰ forme proprietatibus materie ſiderum effectu. Ea ergo que ſm effectuꝫ aduenīūt: diuerſos eoꝝ ducatus ſequunt̃: alios proprios alios cōmunes: vt ſol dux ſingularis vite generalis omniū animātium: mercuriꝰ hominis. Cum itacꝫ ſtelle rerum ſingnlaris ducatus cōceſſum tamē in cōi bus officijs aliarum participatione aſſumit vt hominis vnius generalem ſubſtantiaꝫ ſol ſingulariter ducat ſpecialem. Mercurius tamen in cōibus perficiēdis ceterarū cōſilia aſſumit. Erit ergo ſolis in vno homine ꝓprius ducatus ſubſtācie animalis. Cōmunis vero cordis ⁊ cerebri. Mercurij ſin gularis ducatus ſubſtātie humane cum participatione vero oris ⁊ lingue. Cuꝫ cereris in participatione aſſumptis: ſaturno ſplen: ioui epar: marti ſan guis: ſicꝫ cetera ceteris cōcedūt ſic in omnibus corporibus ſuas quicꝫ par tes omneſcꝫ proprietates ⁊ accidētia gemino ducatu vēdicāt: que ſi ex di-uerſo ducatu nō cōſiſterēt nec ex diuerſis ea partibus qualitatibus ꝓprie-tatibus aut accidētibus cōſtare poſſibile eſſet. Nūc autē in rerū ducatu eſt ſtellarū: alij genus: alij ſpecies: alij indiuiduū tempoꝝ alijs atcꝫ alijs quali tatū quātitatū ceteroꝝcꝫ accidētiū aliud atcꝫ aliud cōcedat. Hinc eſt ꝙ cō templacionū etiā in indiuiduis ipſarūcꝫ naturaliū proprietatuꝫ alias alijs preeſſe videmꝰ: ꝙ nequacꝫ materialis formaliſve potēcie ſed ſideree virtutꝭ

BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

intelligit̃. Nō ꝯnaturalis ſibi alicuius ſeminis origine ſed archane cuiuſdā proprietatis motu. Sūt enim qui putant nihil niſi ex nature ſue ſeminis reſolutione procreari contra quos eſt bipartita procreandi lex. Cum enī omne corpus ex quatuor elemētis compoſitū cōſtat: aliud tamē ex genere ſui ſemine origine ſumpta in natura ſua procreat̃ vt homo ex homine in homine. Arbor ex ramunculo inſita: ariſta ex grano recepto: aliud ex aliquo ſui ſemine genereve ſuo: ſed materie coeūtes pariūt gramina arbuſta idqꝫ genus. Gemme quoqꝫ ceteraqꝫ metalla que ex diuerſis vaporibus congelant̃ Animaliū etiaꝫ nōnulla tam ex aeris tam ex aquaticis ⁊ terreis: vt ſunt muſce: rane: pulices: atqꝫ id generis que omnia elemētorum quoſdam motus temporūqꝫ viciſſitudines nō ex aliquo genere ſui in natura ſua ſemine procreata ſequunt̃.

## Capl'm quartū. De confirmatione aſtrologie.

His ad hunc modū ordinatis nūc in aſtrologia rō danda ſimulqꝫ cōtradicētibꝰ respondēdū videt̃. Sunt enī qui ſidereis motibꝰ vim ⁊ efficatiā negāt decē ſectis diſſidētes Prīe q̄dez ſn̄ia in illū penitꝰ ſtellis ducatū ēē ad vllos effectus: aut corruptiones rerū mundi ſublunaris quibꝰ oīs antiqua auctoritas rn̄det. Oīs ſiquidē ſube gemino impulſu agitare motū naturalē in re altera cognatis vinculis ipſi alligata naturalē reſolutionē faciat neceſſe eſt. Q̄ cū ita ſit cū motū eiꝰ reſolutōis cām ipamqꝫ eius cauſe effectū eſſe cōſequēs eſt: hoc etenī modo ignis motus naturalis in materia cognate receptionis: naturalē reſolutionē facit exuſtionē dico. Eſt igit̃ ignis q̄d exuſtionis cā: exuſtio vͦo huius cā effectus. Ad hūc itaqꝫ modū corpa celeſtia cū mundū inferiorē gemina ambiant naturalē eoꝝ motuꝫ in elemētis huius mundi naturaliter illis annexis circularis alterius in alteꝝ reſolutio generationis omnis ⁊ corruptionis nam nature cōſequit̃ cum itaqꝫ motus celeſtis elemētarie reſolutionis cauſa ſit. Hec aūt reſolutio effectuū ⁊ corruptionū eoſdē etiā effectus ⁊ deſtructiones p̄uios celeſtis motus cōſequi neceſſe eſt. Q̄ enī alteriꝰ corruptio idē alteriꝰ eſt generatio: ligni ſiquidez exuſtio carbonis effectus eſt: carbonis corruptio cinerē generat. vn̄ apud ph̄os verbū vſitatū ſtellarū naturalis ꝑpetuus: nature effectus ꝑpetuus. ¶ Secū de ſecte opinio: ſtellas ducatū habere ad res generales atqꝫ vniuerſales: vt genera ⁊ ſpēs reꝝ: vt temporū alterationes: vt elemētoꝝ reſolutiones atqꝫ id genus: nō autē ad indiuiduas resve ſingulares earūve ꝑtes aut proprietates ſingulas. Contra quos ꝙ in omni philoſophia ventilatū eſt. Quoniā omne huius mūdi corpus ex quatuor elemētis cōpoſitū cōſtat. In omni ſiquidē corpore ſentiunt̃ ſtellarū motus cum illis p̄fuerint ⁊ his p̄eſſe habēt. Cū enim motus celeſtes elemētarie reſolutionis cauſa ſint: reſolutio vͦo generationū eaſdē generationes eoꝝ etiā motuū effectū ēē cōſequēs eſt. Itē

quoniā nihil generibus aut ſpecieb⁹ cōuenit q̄ indiuiduis alienū ſit cū cōce
dūt aīalis hoīs ve ſubſtantiā proprietates ⁊ accidētia ducatuȝ neceſſe hūt
et ſocrij ⁊ tulij ſubſtantie habitudini colorum habitudo affectioni ducatuȝ
p̄bere.cum ad oīm genera ⁊ ſpēs ducatum erigant. ¶Tercia ſecta ſubtilio
ris opinionis:vel argumētoꝝ ſimilitudine quadam omnē aſtrologie effica
ciam eripere laborat q̄ ex parte aſſumens ſtellis ad vtrumqȝlibet effectum
negat. Id ergo cum aſſequi nequeat euenit vtroqȝ:in feſto tanti labore fa-
tigata deficiat. Nos enim expoſita primuȝ opinione eorum quilibet negāt
eidem ſtatim opinioni cōtradicētes vtrumlibet affirmabimus deinde ſtel-
larum etiam motus ad vtrumlibet ducere demonſtrabimus. Aiunt enim
qui vtrumlibet aſſumētes aſtrologiam inanem reddere conant̄. Quoniaȝ
omnium huius mundi reꝝ tres modi ſunt neceſſarij vt ignem eſſe calidum
impoſſibile vt eē frigidum:vtrumlibet vt hominē ſcribere. Nec ſtellaꝝ effe-
ctus vnquā viſibilis eſſe poteſt. Aſtrologie officiuȝ ſupuacuū ⁊ inane. Huic
ꝓpoſitioni cum nōnulli aſtrologoꝝ primi ſecundi ob minus firmam niſi co
gnitionē ſatis rn̄dere non poſſent cōcluſionis in cōmodū:diffugiētes indu
cti ſunt:vt nihil vtrūlibet crederēt. Sicqȝ dum minus fugerēt in maius in-
ciderunt. Cumqȝ alterū alteri cauſa eſſet: gemino aggere erroris cumulus
accreuit. Viſum eſt igit̄ illi⁊ duos tantū eē modos neceſſariū ⁊ impoſſibile
Quicquid enim vt aiunt ſic vel futurū eſt inter ſic ⁊ nō eſt. Sic vo ad eſſe nō
autē ad non eē:eē igit̄ neceſſarium eſt ⁊ non eē impoſſibile: eſſe nanqȝ ⁊ nō
eē contradictoria circa idē ſimul nunquā vera:ſed alterū ſemꝑ verum alte
rum ſemꝑ falſum. Qꝛ ergo ſic eſt neceſſariū eſt q̄ nō impoſſibile. vnde nihil
hominū deliberationē relinquitur ſed vel ex neceſſitate coactos facere vel
impoſſibilitate prohibitos non facere. ¶Quib⁹ ph̄s obuiās primū verboſi
tate eoꝝ validis argumētis cōfutata argumētoſaȝ vtrūlibet affirmationem
ſubiungēs ait. Omne vtrūlibet aut neceſſariū quidē aut impoſſibile ꝯſequi
Cui⁹ in vtrūlibet cōfirmationē hec argumētatio prima:quoniā oīs neceſſa
rij ⁊ impoſſibilis cognitio naturalis:trib⁹ tꝑib⁹ diſcernet̄ p̄nti p̄terito futuro
Vt ignē fumus ⁊ ſemꝑ fuiſſe calidū ⁊ eē ⁊ futurū eē:nec frigidū fuiſſe vnqȝ
nec vnqȝ futurū. Accidētales vo nō ita:ſcim⁹ enim hominē ſcripſiſſe vel ſcri
bere nō vo ſcripturū ſcimus:fieri nāqȝ poteſt ſcripturū:fieriqȝ non ſcripturuȝ
id ergo nec impoſſibile nec neceſſariū:fieri namqȝ pōt ⁊ non fieri. Eſt igitur
vtrūlibet. ¶Scd̄a argumentatio ē:neceſſariū ⁊ impoſſibile in omni genere
⁊ ſpecie equaliter ſunt. Oēs ſiquidē homīes equalit̄ mortales totuſqȝ ignis
e qualit̄ nō frigidus:vtrūlibet vo nō ita vt hō ambulās:homo nō ambulās.
Itē nec neceſſariū nec impoſſibile alterat̄:vtrumlibȝ vo mobile vt de motu
ad quietē ⁊ ecōuerſo. ¶Tercia argumentatio eſt:qm̄ in his que ꝓponunt
quiſqȝ primuȝ cogitat ac conſulit vtrum ne fauet aut vitet. Deinde quando
qualiter vbi atqȝ id genus. Omnia primum cogitatione atqȝ imaginatione

2008 Ministerio de Cultura

preſcripta:tum demũ actu ipſo deliberationẽ auctoris cõſequit̃. Neceſſariũ
aũt ⁊ impoſſibile nec cõſilij nec deliberationis egent. Nihil eniꝫ vllo ſtudio
adiciente. natura ipſa dat certũ ignẽ cremare nec vnq̃ꝫ frigere vtrũlibet eſſe
cõſequẽs eſt. ¶ Quarta rõcinatio eſt ꝙ omniũ neceſſario ⁊ impoſſibili vna
tm̃ vis ⁊ ſimplex. Alteri quidẽ eſſe tm̃ alteri vero nũq̃ꝫ eſſe. Rebus auteꝫ q̃ꝫ
plurimis vim geminã videmus vt eſſe vel nõ eſſe:⁊ ita eſſe aut nõ ita:vt au-
ra nũc calida nũc frigida:nunc magis nũc minus eſt igit̃ vtrũlibet. Q ergo
philoſophus diffinit. Omne vtrũlibet neceſſarium vel impoſſibile conſequi
huiuſmodi eſt. Quoniã omne ꝙ in arbitrio ⁊ deliberatione eſt vt ire ⁊ non
ire:anteq̃ꝫ fiat poſſibile eſt. Factum vero neceſſariũ:impoſſibile vero in pte
altera ſimiliter. Cum ergo cõſtet vtrũlibet cõſtabit etiã ſidera tribus rerum
modis ducatũ prebere neceſſario ⁊ impoſſibili vtrũlibet:vt eniꝫ omne hui⁹
mũdi corpus ex quatuor elemẽtis cõſtat in omni ſiquidẽ vt deinde eſt in-
ueniunt̃. Omne vero elemẽtum ⁊ ex altero ⁊ in alterũ reſoluit̃ ⁊ augmenti
atqꝫ detrimẽti capax eſſe neceſſe. Etiã ipſa corpa hominibus eſſe reſoluti-
ua augmẽti atqꝫ detrimẽti receptiua. Cum ergo ſidera elementoꝝ motib⁹
preſint ⁊ corpoꝝ alterationes ducere cõſequẽs eſt:vt cum hec ex aĩa rõnali
⁊ naturis quatuor cõſtet ſtellarũqꝫ ſubſtãtia vt philoſophus intellexit vna
ex aĩa rõnali motuqꝫ naturali legẽ habent ſui generis aĩas cõfirmatas ar-
monia ſibi corporibus aptare in vtrorũqꝫ genitoris inſtituto. Itaqꝫ vis aĩe
rõnalis arbitriũ ⁊ deliberatio. vis vͦo corporis ad vtrũqꝫ procliua. Cum er
go ſidera aĩe corporiſqꝫ armoniã moderent̃ tam neceſſariũ ⁊ impoſſibile q̃ꝫ
vtrũlibet ducere cõſequẽs eſt. Ut poſtremũ hominis fatum vt ipſum vola-
tibus ineptum vt nũc ſanum nũc egrum:atqꝫ idẽ ꝙ aſtrologie officiũ maxi
me preſtet. Nec enim aſtrologus prouidẽdũ aſſumit vtrũ ne moriat̃ homo
certũ enim habet id eſſe in euitabile:ſed vtrũ ne cras aut pridie. Cum igit̃ ſi
derũ ducatus rerũ prouẽtus p̃cedant:ante quidẽ in ſideribus potẽtia ſũt.
Poſt euentũ ad neceſſarij vel impoſſibilis terminos cõcedũt vt in igne an
teq̃ꝫ vrat vrere quidẽ potẽtia. deinde neceſſariũ. Q igit̃ vtrũlibet bipartitũ
eſt in deliberatione anime rõnalis ⁊ in nature compoſitione per temporuꝫ
cõtinuationẽ mũdi vͦo elemẽta huius ſecũdi receptiua:cetera oĩa tã animã
tiũ q̃ꝫ germinũ metalloꝝ ve corpora:ad hoc ſecũdũ ſpectãt: ſolus hõ vterqꝫ
aptus ex primo. i. deliberatione rõnalis aĩe corpiſqꝫ adapti motu ſecundũ
vel cõſequit̃ vel euitat. Nam nec ſidereis corporibus licet rõnalis aĩe deli-
beratio vel ad cõſequendũ aliqd ꝙ egeant vel ad effundendũ ꝙ timeant
neceſſaria. ¶ Quarta ſecta gradus celſioris ex his videlicet qui vniuerſalis
ſciẽtie operam dant:plane autumãt ſidereis motib⁹ rerũ huius mũdi i illoſ
eſſe ducatus exceptis tẽporũ alterationibus quo cum incõſulte proferant
nec ſecum ipſi ſtare vident̃. Quis ſiquidẽ vim ſidereã tẽpoꝝ alterationibus
proſtituere poſſit. dum eam eis que tẽpoꝝ alterationes conſequent̃ eripere

2008 Ministerio de Cultura

conantur dicunt abſurdum eſt. Certum nanqꝫ eſt nature conſcius: tempoꝝ alterationes elementarie reſolutionis vomitem eſſe et cauſam. Jllam vero generationum omnium ꝛ coꝛruptionū auctoꝛē. Sic ergo ſidereoſ motus a tꝑibus ad elementa: ab elementis ad rerum pꝛouentus continuari neceſſe Preterea ꝙ in omni pħia poſt pꝛimā illam hec celeſtis ſapientie ſpecies vſitata eſt: vniuerſi quidem philoſophoꝛum ſentencia pꝛime illius oēm fructū in hac ſcđa reſeruatū. Quid enim aiūt pꝛodeſt ſtellarum circuitus varioſqꝫ diſcurſus inſequi niſi ad quid tendant. Quo ne ducāt aſſequamur vnde hꝰmodi honoꝛes recte aſſiſ'ari videnť eis qui p̄cioſas radices ꝛ ſemina rerum qꝫ ſpecies vtiles inutileſqꝫ ſeruant bono quod habent vti neſciant. Qua de cauſa in modica eos in ſcīa rep̄henſio ꝯſeqtur. Quo cū due ſcientie ꝯtinue vnum totum componāt alteram ſeminant: alterā ignoꝛant. ¶ Quinta ſecta eiuſdeꝫ oꝛdinis de eis videlicet qui pꝛioꝛi ſcientie ſtuderent hanc ex toto inficiantur: id in argumentum aſſumentes: quoniam nihil ratum cuius experimentoꝛum vſus: fundamentuꝫ mihi ſepius iteratum: idqꝫ in ſidereis motibus humane vite impoſſibile eſt. Nullam enim ſtellam vt nunc in hoc loco reperiri poſſibile eſt: ergo aſtrologie ſtudium inefficax et inane. Contra quos ꝙ antique ſolertie indago non hunc ope ſiderū vires experta eſt. Eſt enim celeſtis ducatus alter particularis manifeſtus: ꝛ alter vniuerſal'. Particularis quidē vt ☉ in caloꝛe: ☽ in humoꝛe: ſtellarūqꝫ in cottidiana aurarū variatione. Uniuerſalis vero vt in reuolutione annoꝛum nati diuerſitatuꝫ ducatus inter elementoꝛū qualitates: earumqꝫ temperiem: atqꝫ mundi accidentia inter ſanitatem ꝛ egritudinem: foꝛtunaſqꝫ hominis que licet minus ꝯſtantia potuit tñ pħs inter accñtia mundi hoīmqꝫ negocia bꝛeuioꝛi ſpacio experiri in varijs ſtellarum diſcurſibus per ſigna ignea terrea aerea aq̄tica Sic enim agebant ꝛ in eoꝛum parte qui ſtellarum motus ſecuti ſunt. Nullꝰ quippe ſtellarum reditus ad .M.vel.D.annos expectabat: ſed qui vite ſuo ſpacio ſtellarum loca obſeruauerat: ſcripto poſteris relinquebat. Trāſactis deinde aliquot annis: tꝑs etas alia atqꝫ alia ſtellarum loca reperiret inter vtroſqꝫ tā locoꝛum tam tempoꝛum terminos dimēſio habita eſt. Sic enim Ptholomeus acceptis ſtellarū locis atqꝫ motibus tꝑe quodaꝫ pariter cum inueniendi ratione ꝛ ſuo ipſi ſtellaꝝ motus atqꝫ loca rōnabilibus artificijs renouauit: ꝛ poſtere etati cum pꝛobata ſeq̄ndi deinceps viam parauit. Sic ergo plus Ptholomeꝰ alioꝛūue quilibet accepta ſtella in certo loco: circulo retrogradationis partem in loco notato circuli ex centris ſicqꝫ dimiſſo expectaret donec ad eadem pariter vtriuſqꝫ circuli loca redirēt: cum in tantū ſtudium inſtauraret: nihil vnq̄ꝫ perfectum eſſet nec dep̄henſi eſſet diuerſi ſtellarum circuli circuloꝛumqꝫ diuerſitatis abſides videlicet digreſſiones: retrogradationes atqꝫ id genus. Ad hunc itaqꝫ modū in noſtra quoqꝫ pte ex locoꝛum per ſigna ipſarumqꝫ ſtellaruꝫ virium parte: ipſum ꝯtinuatione



BIBLIOTECA DEL OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

rōnabiliſ ordine ad totam ſcientiam peruentū eſt. Cum etenim anteceſſorū experimenta nonnulla ad poſterorum memoriaꝫ ſcripta perduceret poſtea etas. Quoqꝫ tempore ſtellarum vires experiens paternumqꝫ inuentum ad augens ſequenti ſecundo nemorūqꝫ inuenta relinquens. Si quid vtriſqꝫ de fuerat preparata via facile complendū relinquebat. ¶ Sexta ſecta ſuo ipſiꝯ errore in aſtrologie errorem ſeducitur. Sunt enim homines ſtellarum cō-poto dediti qui dum a via almageſti libri qua vniuerſalis ſapientie veritas integra continetur deuiantes ex particularibus ſtellarum collocationem ſumpta ex alijs atqꝫ ſtellarum alia atqꝫ alia loca reperiūt errore proprio in geminam aſtrologie blaſphemiam inducunt. Altera quippe ꝙ aiunt vera ſtellarū loca raro poſſe inueniri: propterea ꝙ vnde eorum collatio ſumitur tam in medijs ſtellarum ꝙꝫ rectitudine ſecundarum atqꝫ terciarum ſequentiumue minutiaruꝫ augmēta ſiue decrementa longo tempore non parum ſub creſcentia ſtellarum loca vel poſſe relinquet vel promouet. Altera vero aſtrologici veritatem iudicij non niſi ipſa ſtellariuꝫ punctoꝝ veritateꝫ conſequi. Hi ergo ꝓprie iuſticie errorem arti innocue deputant quibus gemina ratiōe reſpondemus. Primo loco ꝙ aſtrologus ex ſtellarū proprietatibus ſignorum naturis: domiciliorum affectionibuſ: cōmunia rerum accidentia iudicat. Gradus autē ſinguli ad proprios magis ſingulariū rerum habitus ſpecie punctorum ſeu gradus etiam integri error et non multum impedit. Secundo ꝙ iudicijs quidem ex eo ꝙ hec vel illa ſtellarum in hoc vel in illo circuli vel ſigni fuerit loco id vel illud de rerum accidentibus conſequi. Eo vero loco certa veritate deprehenſa trahere compotiſte officium eſt. Unde cum aſtrologus pro locorum naturis ſtellarum affectus in rerum iudicijs ſequitur: ſi interduꝫ fallitur non aſtrologi ſed aſtronomi culpa videtur. Ex hinc nimirum accidit ꝙ hominum eius ſtudij nonnulli generalis ſapientie veritate omiſſa cum ad particularia diuertuntur contenti plurimūqꝫ fiunt compoto quoli bet debilis radicijs: vnde ex longo tempore longum etiam erroris impendium accreſcere conſequens ſit. Ut hanc ſtellarum collocationem ſumpta vel per ſignorum loca certa: vel per coniunctiōes aliquarum determinata inſtrumentis veracibus: vel etiaꝫ viſu aliter eſſe deprehendat. ¶ Quapropter ⁊ ipſis aſtrologis iniungimꝯ vt omiſſa vaga atqꝫ incerta particularis compoti autoritate ſtellarum tam errantium ꝙꝫ ſtabilium loca integre ſapiētie veritate qua almageſti certis dimenſionibus atqꝫ artificioſis inſtrumentis firmat ꝙꝫ ſtudioſiſſime ſequantur. ¶ Septima ſecta ſcientiam hanc ea de cā infeſtant ꝙ cum ipſi eius officio ſtuduerint nō omnes ſtatim qd affectant aſſequi valeant. Cunqꝫ deſperati deſiſtant artis ſtudio dediti inuidioſe detrahentes eos ꝙ ipſorum inconſtantie atqꝫ imperitie defuerāt a ſtudij efficacia elongant. Id igitur ꝙ obiciunt cum rationeꝫ approbandi non habeant: vacuis ſermunculiſ reſpondere: ⁊ ſuperuacuum eſt ⁊ indignū

2008 Ministerio de Cultura

videtur. ¶ Octaua ſecta medicorum non eorum medicorũ qui multaʒ eius
artis experientiam habeant. Illi ſiquideʒ in arte ſua non paruã aſtrologie
neceſſitatem experti: eam ipſi ſtudio ſponte preferunt: ſed plebei quideʒ me
dicine profeſſores: quib⁹ vt Iuliano verbo vtamur facilius quis medicinã
adiuuat ꝗ aſtrologiam concedat. Hi ergo aggreſti ducti nihil expetendũ
preter opum ſarcinas omnino annunciantes: dum aſtrologiaʒ degradare
laborant omne ſtudium lucrandi ⁊ conſeruandi facultatibus poſtponunt
Unde ꝓprio teſtimonio tribuunt tam artis ſue ignaros ꝗ ceteris omnibus
ſcientijs alienoſ mentiſq; inanes: more iumenti ad eſum pro infortune voti
deditos. Si enim in arte ſua quam profitẽtur noti eſſent: nec aſtrologie ſũ
mam opem ignorarent: quod Ypocras atteſtans in libro quodam. Poſt
cetera que diximus inquit de aerea mutatione de aſtrologia ſunt. Nec enĩ
aſtrologia paruam in medicina obtinet partem: qua ſentencia phiſicorum
artificio aditos inſtruit temporum alterationes motuſq; naturaruʒ. ſide-
reos curſus cõſequi: vt precipuũ ſit medicis aſtrologie fore participes qua
tinus artis ſue fundamentũ ⁊ principium recognoſcant: cui quantum aſtro
logia preſtet perpendi poteſt. Cum enim preuiderit aſtrologus cui me-
dendum ſit: ⁊ quare ac quantum: demum medicus vtiliter accedit. eiuſdeʒ
ſiquidem prouidentia ſimiliter et laborem inutilem precauet. adeo nanq;
ſiderum virtus in medicina prepotẽs vt etiaʒ creticos dies quibus omnis
egritudinis variatio deprehendit̃ omnino ꝯ vendicet. vnde tam Ypocrati
ꝗ Galieno ꝗ ceteris fere oĩbus philoſophis compertum: aſtrologiaʒ plane
phiſice ducatum obtinere: vt qui aſtrologiam damnet phiſicam neceſſario
deſtruit. ¶ Nona ſecta vulgus eſt: qui quoniaʒ omnia ſapientia alieni ſunt
aſtrologie dignitati detrahere preſumunt. Nec enim apud eos beatum eſt
niſi opib⁹ affluere: nec ſapere niſi lucraturi: ſicq; maior pecunie dignitas ꝗ
ſapientie: qui niſi tam obſcena comparatione abuterentur inter fortune lu-
brica ⁊ naturalis celerrimi bonum cum omnẽ ſapientiã infeſtet: nec aſtro-
logiam nimirum preterit. Eiuſmodi agnoſce hoĩm genus nec reſponſione
dignum eſſe quibus id primum occurrit. qm̃ comꝑatio rei extra genus ſuũ
inepta eſt. Qꝛ ergo int̃ opes ⁊ ſcientias comꝑationem faciant: qꝛ nihil mirũ
videri debet: cũ eiuſmodi rerũ diſcretio intentionis eoꝝ ꝓpria ſit. Cum ergo
fortunã ſapiẽ ꝑferant: nobis qd interſit exponendũ videt̃. ¶ Fortuna qdeʒ
ceca nec probũ nec improbũ nec vllam hoĩs dignitatẽ aut ordinẽ diſcernit
ſed ſe vel citius ꝑverſis morib⁹ aĩoq; ignobili quippe ad votũ eius ꝓcliuiori
cõcedit. Sapiã noĩata nec enim iners ingeniũ animiue degenerẽ patiens
vix ſũmo ſtudio curijs atq; vigilijs perpetuis conſequendam preſtat ſe i'la
quidẽ in ꝑte affectionis. Fortuna: ſapiã hic in ambitũ ꝯcedit ad hoc qd eſt
cum multis in rebus beſtijs inferiores ſum⁹ hoc ſolũ maxime excellimus qꝛ
ſapim⁹. Quantum ergo homo a ſapiã recedit tantũ ab hoĩe alienatur: naſẽ



2008 Ministerio de Cultura

beſtiarum proximatus. Quanto autē ſapientiam ſequitur tantum a brutis elongatus in homis natura excellit. Multo ergo magis ea ſapientie pars appetenda que hominem etiam ſupra hoīem efferens: ſupe niſi q̄ꝫ proximū reddit. Hanc autem aſtrorum cognitionē eſſe plane intelligendū: materie dignitas ⁊ ordo tribuit. ¶ Decima ſecta ceteris aliquanto iuſtiorē cauſam habere videtur. Ex eo ſiquidem ꝙ pleroſqꝫ huius artis profeſſores minus peritos in officio ſuo nonnunq̄ꝫ errare vident: artificis culpā arti imponunt qui certe minus culpandi viderentur: niſi tam ineptā facerēt tranſlationē hoc itaqꝫ remouendū: tantum culpe ipſa erroris cauſam exponere ſufficiat Sunt enim nonnulli huius hoīm generis qui debilis ingenij tenuis intellectus cum ſeſe huic arti addicunt tam tedij laboris q̄ꝫ ingenij inopia cōpetentibus: tum propter nomis reuerentiam: tum emolimenti ſpecie reſponſa negare non audeāt. plerūqꝫ vel plus queſitꝰ promittētes falliuntur ⁊ fallūt Qui ergo rerum iura ſano iudicio tractauerit: nequaq̄ꝫ huiuſmodi erroris culpam arti innocue aſcribendum cenſebit.

## Capitulum quintum De vtilitate aſtronomie

HActenus diuerſos hoīm errores aſtrologiam calumniantes q̄ꝫ breuiter potui redarguiſſe opinor. Nunc quantā humanis neceſſitatibus frugē hoc artificium ferat aſſerendū videtur. Sic enim qui ꝯdicentes aiunt tam ⁊ ſi verax firmumqꝫ aſtroligiocū artificium certa ſcꝫ rerum prouentibꝰ iudicia tribuēs Quid tn̄ intereſt futura preſcire anteq̄ꝫ fiant. Si enim bonū futurum eſt quid additur preſcientia q̄ꝫ diu non ſit. Si vero malum et ante aduentū mali preſciētia ledit: atqꝫ hos quoqꝫ domeſticus error inuoluit vt tantos fructus prouidentie ignorent: cui tantū operam dare non deſiſtunt nomenqꝫ rei non rem ipſam diſſilant. Omnis enim homo rationis cōpos naturaliter habet vt prouidentie rerum operā det: quas ſi vtiles preſcierit prouido conſilio cōmodum plerūqꝫ adauget. ſi aduerſas prouida cautela noxā nōnunq̄ꝫ ibi minuit. ¶ Sūt igitur hꝰmodi ꝓuidentie tria gn̄a. Primū experimentis qd vulgare eſt. Secundum tempoꝝ alteratione qd medicoꝝ eſt. Tercium effectu ſiderū, qd aſtrologus miniſtrat. Omniū cōmunis cura vt euenturis bonis ac cōmodis reddant aduerſis cautos. Uulgaris itaqꝫ prouidentie non paruā vtilitatē videmus que cum ſepius experto elementoꝝ qualitates ſucceſſuſqꝫ prenotarit: contrarioꝝ ope anteq̄ꝫ ſupueniāt ꝓmunit vt contra frigus locis atqꝫ vſibꝰ calidꝰ cuiuſmodi cottidianꝰ eſt hoībꝰ vſus: vt preuiſa plerūqꝫ morboſa ante pluuiā ad tectoria ꝯfugiunt: vt pre audito nonnunq̄ꝫ hoſtium inſultu ac ſuperuētu: aut ad repellendos preparant aut ſaltē effugiunt. Habitaqꝫ prouidentia nequaq̄ꝫ rem ipſam impellit aut mutat: ſed cautela data rei vim quidē aut prohibet aut ſaltem alleuiat: hocqꝫ genere omne vulgus vt nauta paſtor agricola in ſuo quiſqꝫ officio fungitur

2008 Ministerio de Cultura

ESt ⁊ color per circuli quadrãtis diſcretio. Nam inter oriens ac terre cardinem color rubeus: hinc ad ſeptimũ niger: inde ad decimũ viridis: quartus eſt alb⁹. ¶ Preterea ⁊ inter ipſa domicilia colorũ quedam eſt varietas. Eſt enim oriens ipm̃ coloris ſubalbidi quez griſeum dicunt. Gemina extrinſecus viridis: tercium ⁊ vndecimuz glauci: cardines rubei: quintũ ⁊ nonum albi: ſextum ⁊ octauum nigri: ſeptimum obſcuri.

ESt ⁊ quantitatum per circuli quadrantis dimenſio. Nam ab oriente vſq; ad oppoſitum breuitatis a ſeptem vſq; ad oriens longitudinis menſura ſumitur. Preterea duo quadrantes ab imo per oriens vſq; ad ſumum aſcendentes ⁊ augmentantes duo reliqui contra.

NUnc exponendum videtur vt quaternarij numero q̃pluriuz rerum partitiones nature ſeriem ſequunt̃. Quatuor ſunt mõi plage ventorum acies: anni tempora ſignoꝝ circuliq; partes omnes complexiones etates diei noctiſq; quadrantes. E quibus prima oriens ſubſolanus cũ vtroq; ſocio. Uer ab oriente ad ♋ ab oriente ad ſumum ſignis adoleſcentia primus dici noctiſq; quadrãs. Secunda meridies auſter cum geminis complicib⁹ Eſtas a ♋ ad ♎ a ſumo ad occidens colera iuuentus: ſecundus vtriuſq; quadrans. Tercia occidens fauonius cum ſocijs. Autumnus a ♎ ad ♑ a ſeptimo ad quartum melancolia vtrũq; ſtatus: tercius vtriuſq; quadrãs Quarta ſeptentrio boreas cum fratribus hyems a ♑ ad ♈. A quarto ad oriens regina ſenium: quartus die noctiſq; quadrans.

¶ De quadrantibus diei ⁊ horarum.

DEmum celeſtis conuerſationis quadrantium ⁊ horarum exponenda. Due ſunt enim mundane lucis conuerſiones nocturna atq; diuturna quaruz altera pars alterius. Eſt aũt ⁊ tocius accidentia partibus accidere. Ut ergo quadripartitus eſt annus ſic ⁊ diem ſic ⁊ noctem totius mutatione q̃terna mundi natura diſcriminant. Singulas aũt anni partitiones trina interualla ſubdiſtinguũt principiũ medium finis: que quater ſumpta duodecim anni menſes conficiunt. Sic igitur diei noctiſq; quadrantiũ terna ſpacia duodecim horas diei totidẽq; noctis horas complẽt: fiuntq; ſimul omnes vigintiquatuoꝛ. itaq; tam diei q̃ noctis vt ver aereus nature ſanguinee: ſecundus eſtiue nature: tercius autumnalis: quartus frigidus ⁊ humidus.



2008 Ministerio de Cultura

REſtat vt dierum atq; horarũ dños ordinemus. Ut enim ãni tempora quadrantium circuli temporũq; duodene ſubdiuiſiones duodecim circuli partium erant: ſic dies eorumq; ſubdiuiſe partes quas horas dñis ſtellarum dominij eſſe conueniebant. Unde vt ſeptez erant ſtelle circulũ percurrentes: ſic anni dierum numeruſ per earum ordinem reuertens per ſeptimanas diuiſus eſt. In gemino ergo ſtellarum atq; dierum ordine vt inter dies ab eo rectiſſime exordium ſumitur: quem primũ naſcentis ſeculi diem indorum ⁊ perſarum memor antiquitas docet: ſic inter ſtellas ab ea cuius auctoritati diei minus iniunctum erat rectiſſime exordium ſumptuz videtur. Sic ergo ſeptem diebus ebdomade inter ſeptez ſtellas diſtributis queq; ſui diei prime hore ſingulariter dominat̃ ceteris perſequentium numerum imparticipant aſſumentes partes quotiens ad prime dñm reditur ordine vt prima feria quam vulguſ dominicum vocant diem: primaq; eius hora ſingulariter ☉ eſt: ſecunda cõmunior ♀ : tercia ☿ : quarta ☽ : quinta ♄ : ſexta ♃ : ſeptia ♂ : octaua ☉ ſicq; deinceps vt tranſnumeratis . 12. horis ſequentez diem ☽ : tercium ♂ accipiat: atq; in hac prima diei hora ad ortũ ☉ incepta noctis ad occaſum. Quod romani intelligentes ſingulos dies a dominis cognominauerunt: que nomina latina lingua ꝑpaucis cõmutat̃ hodie vſq; ſeruat.

¶ Incipit liber ſeptimus.

SEptimi libri capitula nouez: ¶ Primum de proprietatibꝰ ſtellarum ⁊ habitu ſubſtantiali. ¶ Secundũ de affectione earum a ☉. ¶ Tercium demonſtratus earũ per q̃drantes circuli ac domicilia pariter ⁊ quantitate corporũ ſtellariũ ¶ Quartum de conſtellationibus ac conſtructionibꝰ qualitatũ ſtellariũ ſimul q̃ꝫ que fortior q̃ꝫ debilior. ¶ Quintuz de reſpectuũ ſtellarum applicatione ⁊ ſeparatiõe ceteriſq; id genus habitudinibꝰ. ¶ Sextum de fortuna ſtellarum fortitudine ⁊ debilitate atq; infortunio cum ⁊ corruptionibus ☽. ¶ Septimũ in extrahendis ſtellarum radijs iuxta ptholomeum. ¶ Octauum de annis firdariech ſtellarum ſimul ⁊ damnis earum maioribus medijs ⁊ minoribuſ. ¶ Nonũ de naturis ſtellarum ſeptem ⁊ proprietatibus ducatuum per vniuerſa rerũ genera.

¶ De proprietatibus ſtellarum ⁊ habitu ſubſtantiali.

2008 Ministerio de Cultura

Quemadmodū inter inicia ſexti libri diſpoſitū eſt cum ea par
ticio vniuerſales ſignoꝝ ducatus cōtineat: huius voluminis
ſeries vniuerſos ſtellaꝝ ducatus ordine proſequet̃. Cum enī
in predictis nature ſtellarū ac ſubſtantialiū quantitatū differ
rētie expoſite ſint: ꝯſequens erat diuerſas earū habitudines
ad diuerſos rerum habitus ⁊ accidentia ducentes inueſtiga
ri. Suntq̧ itaq̧ diuerſe ſue cuiuſq̧ proprie ac ſubſtātiales habitudines ad
aſcenſus in circulis ſuis vel deſcenſus vel medium inter vtrūq̧ cum motus
ac luminis augmentū ſiue detrimentū aut medium inter vtrūq̧: tum ſeptē
trionalis tum auſtralis aſcenſus ſiue deſcenſus. Deinde incrementū nume
o incrementū computo ſiue detrimentum aut medium inter vtrūq̧. Tum
latitudinis quantitas tum nulla: poſtremo que tibi viciſſitudo inter diem ⁊
noctem ſihaizen aut extra. ¶ Aſcenſus ſtellarum in circulo centri eſt inter
ſtellam ⁊ abſidem eius circuli minus .90. gradibus idq̧ ⁊ curſus ⁊ decre-
mentū altiſſima atq̧ tardiſſima in puncto abſidis contra vero in oppoſitis
nam medium in medio. Q̄ circa gradus nonagenos inter eadē ad eundē
modum ⁊ luminis quantitatē inter augmentū ⁊ decrementū intuentis vi-
ſum metit̃ ſingulas inter circuloꝝ ſublimationes ⁊ depreſſiones perpēdēs
his accedit quantum ⁊ retrogradationiſ circuli per quadrantes ſuos inter
huiuſmodi motus adiciunt excepto ꝙ non omnibus idem eſt motus. Nā
ſuperioꝝ ſtellarum lumen admodū lune quantū a ſole recedunt augmen-
tant̃ quantū accedunt diminuunt̃. Incrementū ſiue decrementū numero
viget. Inter duos ordines numerus ad rectitudines ſtellarum perpendit̃
quorum primus a .10. vſq̧ ad grad⁹. 180. creſcit. Secūdus a gradib⁹. 180
vſq̧ ad. 360. decreſcit. Incremento computo q̄diu rectitudo medio ſtelle
addit̃ decrementū q̄diu detrahit̃. Idq̧ in opis fine medio vero q̄diu nec
addit̃ quicq̧ nec detrahit̃ ꝙ cum ſuperioribus ſtellis accidit: dum pariter
in viam ſolis fiunt. Erunt quidem aut in eodem puncto cum ſole aut in op
poſito. Inferioribus autē quociēs recto ſolis loco de medio vtriuſq̧ dem
pto aut. 100. aut. 180. gradus relinqui contingit ſine rectitudine pariter in
eodē cum ſole puncto reperiunt̃. Motus aūt augmentū inferioribus qui-
dem ſtellis q̄diu plus medijs ſuis incedunt decrementū q̄diu minus me-
diū eſt equaliter. Inferioribus aūt q̄diu plus ſole currunt augmentuꝫ eſt
q̄diu minus decrementū: medium iter tum equaliter. ¶ Sciendū v̓o quo-
ciens ſtella. 5. bicgzigit perſarum aut indorum collocati in primo aut quar
to ſui circuli quadrante reperiunt̃ tarde dicunt̃. In tercio aūt ⁊ ſecundo ce
leres quorum plus ſi alcdaget mecea ſcdm ſi alcdaget albana tractat̃ que
in tranſlatione zigil alchuarchim ſufficienter expoſuimus: Septentriona-
les ſunt ſtelle a ſui queq̧ draconis capite vſq̧ ad caudam a cauda vſq̧ ad

2008 Ministerio de Cultura

caput auſtrales. Quarũ maxima latitudo medio inter caput ⁊ caudaꝫ. Ad ipſum vero caput ⁊ caudam nulla haiz ſtellarum. i. viciſſitudo Auhailet eſt vt ſtelle maſcule die ſuperius nocte inferius hemiſperiũ obtinentes pariter ⁊ ſigna maſcula poſſideant. Femine contra preter martẽ quem nox temperat. Eſt enim ⁊ hoc quoddã virtutis earum adminiculũ.

### De affectione eoꝝ a ſole.

DEinde ſunt quedam affectiones ſtellaruꝫ ex ſole accidentes ſingulis iuxta ꝙ accedunt ad ſolem ⁊ recedunt. Unde eſt ꝙ ſuperiores ſtelle a coniunctione ſolis vſqꝫ ad oppoſitionẽ dextre dicunt̃. Inde adiunctionẽ ſiniſtre. Inferiores vero a cõiunctione ſolis retrograde vſqꝫ ad primam ſtationẽ hinc ad coniunctionem directe dextre tamen ad alteraꝫ ſiniſtre. Luna vero a coniunctione vſqꝫ ad oppoſitionẽ dextra inde ad coniunctionẽ ſiniſtra: Sunt itaqꝫ ſuperioꝝ ſtellarũ affectiones huiuſmõi. 16. Prima eſt coniunctio cum ſole quam zami dicunt in eodem puncto atqꝫ altrinſecus infra puncta. 16. qm̃ quantitates circuli ſolaris punctoruꝫ quidem ad minus. 32. ad maius. 33. quem infra terminũ quia ſtella in corde ſolis dicit̃ ea coniunctio fortunata eſt hunc terminũ excedens ad ſecundã affectionẽ migrat que eſt aduſtio. In ſaturnoqꝫ ioue vſqꝫ ad decimuꝫ perueniens his gradibus a ſole elongatus tercia paſſio ſuſcipit que eſt ſub radijs tantum vnde iam liberari incipiunt ⁊ vigorem recuperare. hic enim iam maiorum eis annorum potentia redit ⁊ maioris duxturie ꝙ in genezie tractatu explanauimus peruenit autem hec in ſaturno quidẽ ⁊ ioue vſqꝫ ad. 15. a ſole gradus. In marte vſqꝫ ad. 18. a quibus terminis in quartã tranſeunteꝫ deinceps orientales ſunt ⁊ fortes. Que quãdiu infra tres primas affectiones morant̃: perſica lingua kenezduria nuncupant̃. Ab his itaqꝫ terminis quãqꝫ he ſtelle orientales ſunt non tamen videmus eas ſtatim apparere. Nonnũqꝫ enim vel ante per quedaꝫ climata plerũqꝫ vero longe poſt diuerſas terrarum partes apparent. Sed hinc dicimus eas orientales eſſe ut exutis iam ſolaris corporis viribus ſole precedente relictas: ab his igit̃ ut prediximus terminis in quarta iam affectione cor ⁊ anima orientis dicuntur apparentes libere ⁊ fortes: idqꝫ vſqꝫ ad. 60. a ſole gradus quotta eſt exagoni quantitas. Ab hinc vero in quintã migrantes orientales debiles dicunt̃ vſqꝫ ad. 90. a ſole gradus. quotta eſt tetragoni quantitas his peragratis non iam orientales dicunt̃. Deinceps eteniꝫ exquo ſol oritur he in quadrãtem occidentalem decedunt que ſexta affectio eſt poſt orientalitateꝫ dicta

2008 Ministerio de Cultura

vſq; ad primam ſtationem perueniens que quota fuerit tota eſt. 7. affectio Unde ad oppoſitionez. 8. Nona eſt oppoſitio perſica lingua keuercum kabala: aqua ad ſecundam ſtationem. 10. que. 11. eſt. 12. eſt directio. Secūdus tetragonus. 13. que ad occidentem declinans dicit̃. Exquo nāq; ſol occidit he a medio celi occidentem verſus decedunt. Secundus exagon⁹ 14. inde. 15. qua primum ſaturnus quidem ⁊ iupiter a ſole gradibus. 22. accedunt. Mars vero. 18. ſub radijs tantū meliori tantum a. 7. que in gradibus occidentis dicit̃ vſq; ad. 15. a ſole gradus perueniens. vnde. 16. ſub radijs tantum meliori iam fortuna deſtituta iam enim vix minores annos tribuit ⁊ duxturiam. In ſaturno quidem ⁊ ioue vſq; ad. 6. a ſole gradus. In marte vero ad. 10. Poſtrema eſt aduſtio vſq; ad coniunctionem que due perſica lingua kerierci tagib nuncupant̃. ¶ Inferioribus. 16. Prima eſt zamini quantitatis predicte deinde vſq; ad. 7. a ſole gradus. Secunda orientem verſus a ſole retrogradando que aduſtio eſt niſi latitudo intercedat. Ueneri ſiquidem nonnūq; preter alias accidit vt ex eodem cum ſole gradu videat̃: latitudine faciente: que tota quidem graduum. 8. punctorū 56. iuxta q̄ ptholomeo viſum eſt. Sic itaq; nequaq̄; aduſta dici poteſt venus immo apparens. dum a ſole plus. 7. gradibus diſtet licet longitudine q̄ in eodem ſunt gradu. Tercia v̄o eſt ſub radijs tantuz a. 7. gradibus vſq; ad. 12. a ſole qua iam vigorem recuperantes ⁊ maiorum annorum ſunt ⁊ maioris duxturie: hinc orientales in quarta vſq; ad ſecundam ſtationem que quinta eſt. Sexta eſt directio vſq; ad. 21. a ſole gradus octaua eſt aduſtio vſq; ad coniunctionez que nona eſt. Decima eſt aduſtio occidentalis vſq; ad gradus. 7. Undecima ſub radijs tantū vſq; ad gradus a ſole. 15. Duodecima eſt directio. Decimatercia prima ſtatio. Decimaquarta retrogradatio vſq; ad. 15. a ſole gradus. Decimaquinta ſub radijs tātū ut ante Decimaſexta aduſtio vſq; ad primam. ¶ Has itaq; ſtellas a coniunctione ſolis orientalis retrogradat. Poſt retrogradationē vere vſq; ad. 12. a ſole gradus. Inde vſq; vltra ſolem. 15. gradibus. Inde ad coniunctionem ¶ Luna quoq;. 16. a ſole mutuat̃ affectiones. Prima eſt zamini altrinſecus infra. 16. puncta cum ſole. Secunda aduſtio uſq; ad gradus. 6. infra quem terminū nullatenus videri poteſt. Tranſacto vero ſtatim nonnūq; in recto circulo. Tercia ſub radijs tantum vſq; ad gradus. 12. In quarta vſq; ad robedan q̄ eſt ad gradus a ſole. 45. In quinta vſq; ad primum tetragonum. In ſexta vſq; amphiarton q̄ eſt ad gradus a ſole centum triginta quinq;. Hinc vſq; prope ad oppoſitionē. 12. gradibus. 7. Unde. 8. vſq; ad oppoſitionē. Nona ē oppoſitio. Decima ab oppōne vſq; ad grad⁹ 12. hinc. 11. vſq; ad ſecunduz luminis quadratē vnde duodecima vſq; ad

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

ſecundū tetragonū: alquo. 13. vſqꝫ ad ſecundū luminis quadrantē vſqꝫ inde ad. 12. a ſole gradus. 14. vnde. 15. ſub radijs tantū vſqꝫ ad. 6. gradus poſtrema eſt aduſtio vſqꝫ ad primam. Parū igiť affectionū diuerſi ſunt ducatus quos in locis ſuis exequemur.

Demonſtratus eorum ex quadrantibus circuli ac domicilia pariter ꝛ quantitate.

Nunc etiā quid ex quadrantibus circuli ſtellis accidat exponi cōuenit. Quod quadripartitū reperiť locus in cardine locus in aſcendente locus in remoto locus in aduerſo. Omnis aūt ſtella in quocūqꝫ fuerit circuli loco certa altrinſecus quātitate corporis ſui virtutē pretendit. Eſt itaqꝫ ſolaris corporis virtus inter vtramqꝫ partem ante ꝛ retro quindenoꝝ graduum: lunaris duodenoꝝ: ſaturni ꝛ iouialis nouenoꝝ. Martis corpus inť vtramqꝫ partē octenis gradibus: veneris ꝛ mercurij altrinſecus. 7: ꝛ cetera

De conſtellationibus ac conſtructionibus qualitatū ſtellarum.

Conuentus ſtellarū quas conſtellationes dicunt pluribus ac diuerſis modis fiunt. Conueniūt enim planete tum bini tum plures nunc corpore nunc radijs at cum in eiſdem ſignis tuꝫ in eiſdem ſignorum partibus. Eorundem nūc ſinguli plures fixaruꝫ etiam quibuſqꝫ iunguntur: iunguntur etiā capitibus ꝛ caudis draconū tam ſuorum ꝙ alienorum iunguntur etiam partibus per circulū. Coniūctionis quidē terminus infra gradus. 15. firmioris ducatus infra virtutē ſtellarū corporum graduū numeros vtralibet parte Cum eniꝫ conuenientiū altera infra virtutē alterius corporis extiterit nec illa in huius minus firmū ut ſaturnus cum luna in vno ſigno infra gradus 12. nec dum infra. 9. Cum igiť vtraqꝫ intra alterius corporis virtutē ſi pariter in eodem nunc termino fuerint ducatus oratio firmius quanto conueniūt firmior quāto ſeparanť debilior quouſqꝫ de eodeꝫ ſigno exeant. Nam ſi in diuerſis ſignis vltra eoſdē termios cōſiſtāt: nō tñ cōiūcte dicunť ꝑpter ſignoꝝ diuerſitatē ſed altera infra alteri⁹ virtutē tenue coniunctim ducat⁹ ſigna. Fixis autem ſignis nulla per ſe corporum eſt virtus niſi quanta planetarum eſt eis conuenientiū alteram alterius naturaꝫ ac propriā cuiuſqꝫ virtutē inficere ꝛ corrumpere vt cōiunctis. terci⁹ quidā affectus extrane⁹ ꝑducať. Idqꝫ copioſa ſimilitudie approbāt. quēadmodū limpha vino ꝑmixta vt ipm infrigidet naturā eius inficiēs corrūpit ſicqꝫ ꝯuerſo mixtaqꝫ his ſimilia

2008 Ministerio de Cultura

Nos aũt ꝙ licet id ꝙ ita ſit vt vtrũqꝫ alterius attemperet:non tamen ſuam cuiuſqꝫ naturam prorſus interire vini calorem:aqueve humorẽ: licet nõ integrũ nec adeo calidum ſicqꝫ in ceteris confectionibꝰ. ¶ Eſt ⁊ aliud ꝙ hec inferiora corpora liquida permixtione quidẽ vbi alterũ alteri inferit ſeſe nimirũ inuicẽ inficiunt ⁊ corrumpunt. Celeſtia vero corpora cum iungunt̃ qꝛ longe abinficem diſtant nequaqꝫ ſe ita corrumpunt ſed in natura ſua ac virtute propria virtutes ſuas vicino coiciunt ſe inuicẽ miſcent. vnde motu cõi ac permixtione terciũ quẽdã affectũ vtriuſqꝫ nature cognatũ gigni neceſſe eſt:ſigni natura lociqꝫ circularis affectione pariter ⁊ ſtellarũ affectu cooperante quos effectus antiqtas per diuerſos tractatus exequit̃. ¶ Sunt itaqꝫ ſtellis coeũtibus gemine habitudines prima qualitatũ ꝑmixtio:ſecũda alterius ſupra alterã potentia. Qualitates ſunt calor frigor humor ſiccitas. Qualitatũ ꝑmixtio quinqꝫ partita. Prima in ꝓprietate nature. Secunda ĩ aſcenſu ⁊ deſcenſu ꝑ circulũ ex centro. Tercia in natura loci. Quarta in affectione ex ſole. Quinta in accidenti ex quadrantibus circuli que in quarto libro expoſuimꝰ. ¶ Alteriꝰ aũt ſuꝑ alterã potentia triplex que nãqꝫ abſidi ſue propior qui ſeptentrionalis aſcendens. Cuiqꝫ ſeptentrionalis latitudo maior ipſa obtinet atqꝫ hic in coniunctione ſtellaruꝫ tantũ ſpeculari cõuenit. Cetera nãqꝫ ꝙ̃ abſidũ ꝙ̃ digreſſionũ circulis carent. Uiſum ergo eſt eis ꝙ rõnabili ſpeculatione celeſtiũ effectus indagant̃. Saturni quidem ⁊ martis cõuentus qualitates eorum contrarie coeuntes temperiem conficiunt vtriqꝫ ſiquidẽ gemine qualitates quarũ altera ĩmobilis altera facile mutabilis:vt ſaturnꝰ frigidus ſiccus:interdũ tamen frigidꝰ humidꝰ: mars calidus ſiccus interdũ calidus humidus vt in quarto libro expoſitum eſt. Si ergo conuentus eoꝝ in ſigno igneo fuerit calor martis exuperat interreo frigus ſaturni vtrũqꝫ ſiccitas valida. In aqueis ⁊ aereis ſiccitatem humor exuperat alteraqꝫ martis calor alteraqꝫ ſaturni frigꝰ moderat̃. ¶ Ad eundẽ modũ affectiones eoruꝫ a ſole ordinant̃. Nãqꝫ exquo a ſole ſeꝑant̃ vſqꝫ ad primã ſtationẽ aeream nullam contrahunt vim vſqꝫ ad oppoſitionem ſolis igneã vnde vſqꝫ ad ſtationẽ terream. Aqua vſqꝫ ad ſolẽ aqueaꝫ hunc ordinẽ ⁊ quadrãtes circuli quantũ in ipſis eſt mutant̃. Quotiẽs igit̃ ita iungunt̃ vbi vtraqꝫ qualitas temperet̃ cõiunctionis ducatus ad finem beatũ ſpectat. Cũ vero vt altera tantũ minꝰ. ¶ Triplex eſt igit̃ vtriuſqꝫ qualitatis permixtio. Primo vt ſit mars calidus humidus. ſaturnus frigidꝰ ſiccus. Secũdo vt mars calidus ſiccus:ſaturnus frigidus humidꝰ. Tercio vt mars calidus humidus ſaturnus frigidꝰ humidꝰ. Cuiuſlibet igit̃ harũ triũ ſpeciei cõmixtio fortunata:licet enĩ ⁊ ambo fuerint humidi: humor tamẽ martis calor eſt ꝙ̃ ſaturni frigus temperat:ſimplex aũt alterius tantum vt mars calidus ſiccus:ſaturnꝰ frigidus ſiccꝰ ꝙ cũ accidit intempata ſiccitas

2008 Ministerio de Cultura

alterius calorem alterius frigus īmoderate exaſperat ut paꝝ tꝑata coniun
ctio minus etiā fortuntaa ſit. Omnē inde huius cōiunctionis fortunā ſiue
in exordijs negociorꝫ ſeu genezia aut annalibus noxia eoꝝ natura conta-
minat vt nec ſine labore ⁊ pena multaqꝫ corporis difficultate crebris ⁊ gra
uibus animi paſſionibꝰ ſeruare queat ⁊ de cetero plerūqꝫ grauior pena con
ſequat̄. Oportet aūt ⁊ in hoc ⁊ in omni cōuentu vt ducatus certior fiat pre
potentē qua rōne dictū eſt dinoſcere inter omnes vere hos qui apud ſolez
ſit conuentus ſingulari quodā priuilegio exceptus eſt. Omnē eteni ſtellam
ſibi coniunctā preter zamī adurens ⁊ corrumpit ⁊ debilitat. Ac ſtelle quas
plurimū aduſtio ledit ſunt luna venus: vt enim ex frigido humore teneraz
cōtraxere naturam ſicco ſolis feruore nature ſue prorſus inimico citius vel
grauius ledunt̄: leuius aūt ſaturnꝰ ⁊ iupiter: leuiſſime vero mars ⁊ mercu-
rius duz directus ſit qui fere ſolaris nature ſunt. vnde in eo conuentu aliaſ
quidem fortiores leuius: alias minus fortes grauius corrumpi conſtans ē
Sic ergo cum mars aut ſaturnus ſoli iungunt̄ vterqꝫ alteri grauis excepto
ꝙ illis aduſtio grauior q̄ illi corruptio. Magis aūt ſaturno: poteſt eniz cū
ſaturno vtraqꝫ qualitate miſceri cū marte vero alteri tantū. Cū igit̄ vtraqꝫ
qualitate ſol ſaturno miſcet̄ ⁊ ſol ſaturnū leuiter adurit ⁊ ſaturnus ſolem le
uiter corrumpit: altera tantū grauiꝰ excepto ꝙ ſol ſemper fortior eſt hoc ſi
ſaturno ⁊ loci natura ſemper incōmoda fuerit qualis eſt caſus locuſve cir-
culi verſus etiā multo grauius corrumpit̄: mars aūt ſoli grauior. Miſcetur
nāqꝫ ſol marti vel altera tantum qualitate vel nulla. Inter oēs autez mer-
curio vt conſueto ac familiari ſolis aduſtio minus grauis minime dum
directus ſit qui dum ſub radijs eſt ⁊ infortunatus ſic paxillū ſolem ledit ⁊
fortunatus parū beat. Utranqꝫ ſiquidē fortunā aliunde aſſumens ad ſolē
tranſfert. Cum aūt iupiter aut venus ſiue luna ſoli iungit̄ ſolez quidē beant
ipſos tamen aduſtio ledit magis minus fortes preter zamī: lunā quoqꝫ ſa-
turnus ⁊ mars coniunctione corrumpūt ea tamen diſcretione ꝙ mars in
prima lunationis medietate. Saturnus in ſcḋa grauius leuius. Itē dum
ipſa grauius dum illi. Cum autem ſaturnus ⁊ iupiter cōueniunt qui fortior
fuerit obtinet. Sicqꝫ inter martem ⁊ venerē ⁊ ceteraꝝ cōuentus. Nā quo-
ciens ⁊ plures cōueniūt fortiſſima obtinebit. Sunt tamē qui aſſerunt quo
tiēs ſaturnus vtriqꝫ in natura ſua fortis conueniunt conuentū aduerſum.
Ad quod multam ſimilitudinē adducentes aiunt quociens due res etiam
due res iungunt̄ non mediū aliquod tempari ſed eandē naturā augeri vt
flamma flamme limphe iuncta multaqꝫ his ſimilia. Sic igit̄ aiunt he due
ſtelle cum vtraqꝫ infortunata ſit coniuncte potius infortuniū adaugent. Di
cimus igit̄ ꝙ corporꝝ que apud reperiunt̄ alia ſunt ſolida alia liquida vtro
rūqꝫ habitudines. prima eſt compoſitio: ſecūda confectio: tercia cōiunctio

2008 Ministerio de Cultura

quarta cõmixtio. ¶ Solidoꝝ igit̃ vt alia ſpacioſe quanti tatis ſunt alia di-
minute. Ex ſpacioſis compoſitio terciã edidit figuram ut ex lignis edi ex
diminutis vero confectio aliam quandã naturam vtriuſqꝫ cognatã gignit
vt ex diuerſis ſeminũ generibus medium quodd am: liquidoꝛuꝫ autem eſt
alia natura permixtio alia inſaciabilis affectus. In his quidem cõiunctio
vt ex aqua ⁊ adipe in illis cõmixtio ut ex aqua ⁊ vino medium quoddam
gignitur. Quociens igitur diuerſis generibus coadunatis ꝙ̃ inuicem in-
terſerta alterum alterius naturam inficit ⁊ interficit ea commixtio ſiue con
fectio: tercium quoddam pꝛoducens ex eiſdem enim generibus neqꝫ com-
mixtio neqꝫ confectio medium aliquod gignens. Veruꝫ adiunctio ſiue ag
gregatio augmentans vt aqua aquis flamma flammis coeuntes ut ſemi-
na ſeminibus: radices radicibus ſui generis hiſqꝫ ſimilia. Quoꝝ quoniam
nihil in ſupernis accidit neqꝫ enim ſeſe contingunt nec inuicem interſerunt
vt ad aliquid agerent verum ex legittimo coitu cum contrarie qualitates
miſceant ex alterius frigoꝛe alterius caloꝛe ſicqꝫ conuerſo tempari neceſſe
eſt.

De applicatione reſpectuum ſtellaruꝫ ⁊ ſeparatione ceteri ſeqꝫ id
genus habitudinibus.

Stellarum habitudines aliȷ ſpecialiter oꝛdinantes nume
ro variant ſic enim albumaſar cum alibi .25. ſcribat hic
17. nos autem tulliȷ noſtri memoꝛes nõ poſito genere in
eadem particione ſpeciem numerare conſueuimus eas
18. generali complexioue enumerauimus ſpecialiter vt
mos eſt oꝛdine ſubdiuidentes reſpectus: applicatio: ſepa
ratio: parilitas: ſolitudo: alienatio: tranſlatio: collatio: ꝓ-
hibitio: collectio: reditio: contradictio: impeditio: euaſio: interceptio: com-
paſſio: remuneratio: receptio. ¶ Reſpectus ſtellarum eſt inter domicilia ſu
pꝛapoſitis figuris diſcriminata bipartitus. Siniſter quideꝫ ad terciũ quar
tum quintũ. Dexter ad. 10. 9. 8. Sextus per diametruꝫ opponit reſpectus
quidem eſt de ſigno ad ſignum validiſſimus tamẽ de gradu ad gradum ꝑ
gradus equales figurales ꝓpoꝛtionaliũ arcium cõtinentes. ¶ Applicatio
eſt leuis ad grauem dum grauis plurium ſit graduũ. Eſt autem pꝛimo lo-
co bipartita coꝛpoꝛe uidelicet reſpectu: coꝛpoꝛe quidẽ in eodem ſigno quã
coniunctionẽ vel conuẽtum dicimus cuius virtus ſeoꝛſum tractari debuit
Applicationis reſpectiue quedã ſunt ſpẽs quas vt de ipſa generaliter tra-
ctatũ fuerit loco ſuo exeq̃mur. Quociẽs enĩ ex domiciliȷs ſeſe reſpiciẽtibus
leuis ad grauẽ accedit non eque eſt coniũctio ſed nature quedã cõmixtio

2008 Ministerio de Cultura

cõiunctione debilioꝛ. In vtrolibet igiť genere ꝙdiu leuis ad grauem a terminis conſtitutis applicatio eſt ex quo tranſierit ſepatio. vis equidē applicationis cõiunctiue a. 15. gradibus reſpectiue a. 12. debilis tamē quouſqꝫ applicans in eundē terminū peruen at aut infra dimidiū vtriuſqꝫ corporis virtutē. Quod genus ligon diciť a qua dum ſepať in eius virtute eſt ꝙdiu non applicať alij in eodem ſigno magiſqꝫ infra dimidiā eius corpis virtutem. licet eni vel ad plures vna quelibet accedat cui propioꝛ eſt ei accedat diciť. Nam ligon ſi in fine ſigni fuerit dimidiū eius virtutis ſequentis ſigni eſt. Nec aliter in principio ſigni excepto ꝙ ea virtus non adeo valida propter ſignoꝝ diuerſitatē. Quotiens vero duobus in eodē puncto conſiſtentibꝰ terciꝰ vndelibet applicat ei primū ligari diciť in cuius pluribus extiterit dignitatibus deinde ſecundū. Sic etiā quociens due ex eodē puncto vni applicant ea primū ligať que plurimū teſtimoniū affert. Cū ſecundꝰ in hoc genere dn̄s termini precedit contingit nonnūqꝫ vt ſolitarie alicuius in fine ſigni corporis virtus in ſequenti ſigno radijs alterius excipiať fitqꝫ mixtio debilis non tamen applicatio quouſqꝫ in reſpectu tranſitus fiat. Omnia q̄ dicta ſunt in coniunctione quidem firmiora ſunt magis aūt dum naturalis fiat cõmixtio in vtroqꝫ genere. ¶ Vtriuſqꝫ ergo generis gemine ſunt ſpecies in longum ⁊ latuꝫ. In longū quidē nūc directe nūc retrograde in modum quo expoſuimus. Latitudinis triplex eſt ſubdiuiſio prima quidem vt ſit coniunctio in eodem gradu eadem latitudine eadem parte ꝙ genus alterius eclipſim parat neceſſe eſt. Secunda eſt oppoſitio vt altera ad ſeptētrionē aſcendente altera ad ſeptentrionē deſcendente aut ecõuerſo eadeꝫ vtrūqꝫ latitudine ſitqꝫ in auſtro. Tercia eſt ſeſquipartita inter binos exagonos tetragonos trigonos altera ad ſeptētrionē aſcendēte altera ad auſtꝝ deſcendente aut econuerſo. Ea diſcretione adhibita ne extrema applicantis latitudo minoꝛ ſit preſente alterius latitudine. Ad quam cū ꝑuenerit ligatio eſt. ex quo tranſierit ſepatio. Excepto ꝙ nō ſtatim virtutē illiꝰ exiuit ꝙdiu ſcꝫ in eadem parte fuerit quouſqꝫ altera aſcendente altera deſcendēte incipiat vel cõuerſo. ¶ Eſt ⁊ aliud generis artificiū vt reſpicientiū videlicet ſtellarū ſeptētrionali latitudine loco ſuo adiecta latitudine v̓o auſtrali loco ſuo detracta inter reperta loca duo longitudo colligať. Que ſi fuerit graduū aut. 60. aut. 90. aut. 120. exordio numeri a leuiori ſumpto ligatio eſt. Si minꝰ applicatio ſi magis ſepatio: pōt etiam vna q̄libet pariter alteri longo alteri lato applicari. Vnde diximꝰ de fugitiuo ſi luna inquid ioui longitudine: marti latitudine ligata repiť ꝙ marti conſequendū iudicat quia ioui non ledendū: firmius vero vni vtraqꝫ applicatione ligari magis ex aliqua recipientis dignitate. vnde applicationis reſpectui quatuoꝛ ſunt ſpecies donū nature donū virtutis donū gemine nature donū cõſilij donū

2008 Ministerio de Cultura

nature eſt applicatio ex aliqua recipientis dignitate. Donū virtutis eſt ap/
plicatio ex aliqua applicātis dignitate. Donū gemine nature eſt applicatio
pariter ex vtriuſqꝫ dignitate. Donū conſilij q̄libet alia firmior amice figure
natureqꝫ cōmixtione firmiſſima cū receptione. ¶ Parilitas ligationis vim
imitat̄ naturali quadā adequatione non reſpectu qua doctiſſimi aſtrologi
in ſecretis rerum vſū reperiuntur. Uulgares vero nihil hꝰmodi intelligētes
nec aduertiſſe videntur. Eſt aūt bipartita intra gradus ſignorum equaliter
orientiū ſignorūqꝫ equalium dierum qua rōne compos ꝛ conſors inuenit̄
ſtella in primo ♈ gradu: ſtelle in vltimo ♓ quarum altera ei que in fine ♍
altera eius in principio ♎: ſic ea que in .20. ♈ ei que in .20. ♓: ſicqꝫ ei in .20
♍: ſimiliter ea que in fine ♈ ei que in principio ♓: ſicqꝫ ei que in principio
♍: ſicqꝫ deinceps ad hunc modum. ¶ Solitudo eſt quotiens ſtella poſt
ſeparationem nulli in toto ſigno appllicat. ¶ Alienatio eſt cum per totum
ſignum omni reſpectu caret qđ ſepius ☽ accidit. cumqꝫ accidat ducenda eſt
ſtella per terminorū dn̄os more applicationis tanq̄ ligata cuiqꝫ in cuiuſqꝫ
termino fuerit: ſicqꝫ per ordinem. Qđ artificium ꝛ in ſolitudine nōnunq̄ ad
hibendum eſt videlicet non ſatis cōmixtis ſeparata longius dimiſſe vires
exuit necdum alij applicans. ¶ Tranſlatio ab vna ad aliaꝫ cuius due ꝑtes
Altera vt eadem ſtella inter duas ab altera ſeparata alteri applicet. altera
vt dum leuis graui applicat grauis alteri applicet. ¶ Collectionis due ſunt
ſpecies quarum altera collectionem: altera tranſlationeꝫ imitatur. Illa ſi/
quidem vt ſint due auerſe abinuicem vnam reſpicientes vel ei applicantes
Illa vero quelibet circuli locum reſpiciat cui conferat. Hec autem vt inter
oriens negocij ꝙ dn̄os abinuicem auerſos aut ſeparatos quelibet alio ex
vno alium reſpiciens vel applicans cōferat. ¶ Prohibitio bipartita altera
vt ſint tres vel plures in eodē ſigno per diuerſos gradus grauis in pluribꝰ
Hec ergo que media eſt altera ꝓhibet ne graui applicet quouſqꝫ eam tran
ſeat. Altera vero ex parte reſpectus vt cum de duabus ſtellis in eodē ſigno
altera applicet alteri: ſic eidem pariter eminus alia reſpectu applicans que
ſi in paucioribus vel eq̄libus fuerit gradibꝰ eam corpore accedens ꝓhibet
quouſqꝫ graduū numero ſuperet. ¶ Reditio quoqꝫ ex duobꝰ ſumitur locꝭ
Altero vt cum ſtelle ſub radijs exiſtenti applicatur. altero cum retrograde
vtrūqꝫ ſiquidem applicantis conſilium reicit. Eſt igitur huiuſmodi reditio
tum ſalubrū tum aduerſa: ac ſalubris quidem triplici modo perpenditur.
Primo quideꝫ vt ſit applicationis receptio. Secundo vt vtraqꝫ in cardine
aut poſt cardineꝫ applicanſqꝫ directa. Tercio vt licet recipiens remotus ap
plicans ſolum in cardine ſit aut poſt cardinem: hic itaqꝫ recipiens quidem
ꝙ corruptus eſt ꝛ remotus. Rem quippe quantum in ipſo eſt inficit: ſed qꝛ
reddit ipſi qđ conferebat. Ille vero liber ꝛ fortis eripiens rem ad effectum
producit. ¶ Aduerſa vero duplici modo. Altero vt ſit duplicans remotus



2008 Ministerio de Cultura

Alter aũt in cardine aut poſt cardinẽ. Hic ergo qñcunqꝫ confert redditur Ille vero debilis rem quidez alter parat: alter deinde inficit. altero vt ſint ambo remoti vel aduſti ſiue retrogradi: qđ cum acciderit res oĩno negaᷓ. ¶ Contradictio eſt vt cum ſtella ſtelle applicãs anteqꝫ ꝑueniat retrograda fit. Id eni eſt firmata negare. ¶ Impeditio eſt vt inter tres ſtellas quaruz grauioꝛ in quolibet gradibus: levioꝛ in pluribus: leuiſſima in pancioꝛibus que dũ graui applicare paret: anterioꝛ illa retrogradatio grauem tranſeat Hic ergo applicantẽ impediri neceſſe eſt. ¶ Euaſio eſt cum ſtella ſtelle applicat que anteqꝫ perueniat illa inſequens ſignum tranſiens alias vicinioꝛ reſpectu inficit. Id eni eſt prius cõſilium annullari. ¶ Interceptio triptita eſt pꝛimo quidẽ vt ſit ſtella parans applicare ſtelle A qua in ſecundo ſigno ſtella que retrogradando anteqꝫ illa perueniat huic iũgatur ſicqꝫ applicãs lumine intercipit. Secundo vt ſit leuis graui applicans. illa vero grauioꝛi anteqꝫ tranſeat qꝫ leuis ad ipſaz perueniat. Signum ergo eſt in re queſita aliud peruenire. Tercio autem applicet ſtella ſtelle equali negocij dñ̃o: aut ipſi equalis illi. ¶ Compaſſio eſt cum ſtelle in caſu ſuo aut pꝛecipicio poſite ſtella amica de aliqua dignitate eius applicat: aut ipſi illi ꝙ ſit conſeqñter in pꝛoximo ad eundẽ modũ conuerſio fiat idem ꝙ remunerationẽ dicim⁹ ¶ Receptio eſt cũ ſtella ſtelle applicat vt vel applicans in recipientis ſit dignitatibus: aut recipiens in applicantis: firma quidẽ de domicilio aut pꝛincipatu de ceteris debilis niſi pluribus ſimul: de quo genere eſt receptio ex reſpectu ſiue applicatione aut ex amica figura aut ex pꝛima ⁊ ſcđa ſignoꝛũ cognitione quas ſuperius tractauimus. Sic etiam foꝛtunate ſeſe inuicẽ reſpiciunt: ſic infoꝛtunia duo coniunctione tantũ aut amica figura. Eſt itaqꝫ receptio quedã alia foꝛtis: alia debilis: alia mediocris. Foꝛtis quidez inter ☉ ⁊ ☽ omni ex loco pꝛeter oppoſitionem: que cum ex dignitatib⁹ foꝛtiſſima eſt: eiuſdem generis eſt receptio apud ☿ ex ♍. Mediocris vero ex ſingulis dignitatib⁹ de pꝛimis duobus generib⁹: de ceteris vero debilis niſi plurib⁹ ſimul vt dictum eſt: ex hoꝛum oppoſitionis remunitio ſumitur.

¶ De foꝛtuna ſtellarum foꝛtitudine ⁊ debilitate atqꝫ infoꝛtunio.

Ex his habitudinibus quaterna ſtellarum affectio ꝓcedit: foꝛtuna: infoꝛtuniũ: foꝛtitudo: debilitas. Tum ⁊ ☽ impedimẽta Foꝛtuna ſtellarum eſt vt ſint foꝛtunatis coniuncte aut amica figura reſpecte infoꝛtunijs auerſis aut inter foꝛtunas ſimiliᷓ medie aut zami aut in amico ☉ reſpectu ſiue ☽ felicis motus atqꝫ lumine creſcentꝭ: aut vt ſint in dignitatibus ſuis aut gradibus lucidis recepte: aut ſaltim ſiharzehe vt maſcule in ſignis ac gradib⁹ maſculinis die ſup terram: femine contra aut ſint in dignitatib⁹ foꝛtunarũ Nam et foꝛtunarum foꝛtuna eſt eſſe in dignitatibus luminũ itaqꝫ foꝛtuna ſtellarũ triptita multiplex plenaria diminuta: multiplex quotiens ex huiuſmodi comoditatib⁹ plures conueniunt: vt ☿ in ♍ dupla qui ſi pariter ⁊ in

2008 Ministerio de Cultura

termino ſuo fuerit tripla: ſicq̃ ſimul in oriente q̃drupla. Plenaria in domi-
cilijs melioris figure vt ♄ in ♒: ♃ in ♐: ♂ in ♏: ♀ in ♉: ☿ in ♍: diminuta
in alteris. ¶ Fortitudo ſtellarum eſt aſcenſus ad ſeptentrionem: aut eſſe in
ſeptentrione. Aſcenſus in circulo ex centro motus augmentũ: tum vt ſint in
ſtatione ſecunda: tum extra aduſtionẽ directe: tum vt cardine aut poſt car-
dinem. Superiorum quoq̃ ſtellarum vt ſint orientales ꝛ in orientalibꝰ cir-
culi quadrantibus. ☉ ibidem pariter ꝛ in ſignis maſculinis preter ♎. In-
feriorum aũt vt ſint occidentales ꝛ in occidentalibus circuli quadrant ibꝰ.
¶ Debilitas ſtellarũ eſt caſus exicium exilium magiſq̃ cum ſolitudine ap-
plicatio ad retrogradã aut corruptam: prima ſtatio retrogradatio ſub ra-
dijs: tum vt ſint in gradibꝰ obſcuris nature recepte aut in oppoſit harzehe
deſcendẽte ad auſtrũ aut eſſe in auſtro deſcendere in circulo excentri motꝰ
decremẽtum remotio ꝛ auerſio. Tum via peruſta a. 20. ♎ vſq̃ ad. 10. ♏.
Superiorum quoq̃ trium vt ſint occidentales et in occidentalibus circuli
quadrantibus ibidem ☉ preter nonum ſed in ſignis femineis. Inferiorũ
aũt vt orientales ꝛ in quadrantibus circuli orientalibus. ¶ Infortunium
ſtellarum eſt vt ſint infortunijs coniuncte aut oppoſitione eorum ſiue tetra
gono aut trigono vel exagono: aut ſint termini infortunioꝝ ſeu domicilijs
aut ſupemineant infortunia vt ex. 10. aut. 11. a ſtelle loco eiuſq̃ nec recepte
infortunio. Tum vt ꝯiuncte ☉ aut in tetragono eius ſiue oppoſitõe peiuſq̃
infra. 4. graduſ. Tum vt capitibus draconum ſuorum aut caudis iungan̄t
aut capiti draconis: aut caude idq̃ infra. 12. gradus. Sunt qui caput de
natura augmentatiua iudicent: conuenientibꝰ itaq̃ fortunatis fortune ad
dit: infortunijs iunctis infortunio. Caude vero natura diminutiua: minuit
itaq̃ tam de fortuna q̃ꝫ de infortunio vtrolibet genere ꝯiuncto. ¶ Poſtre
mum eſt obſeſſionis infortunium. Eſt autem biptita. Primo quideꝫ vt ſit
ſtella in quolibet ſigno vtrunq̃ vero in eodem ſigno infortunij aut corpus
aut radij aut ab infortunio ſepata infortunio applicet. Secũdo vt ſit ſtella
in ſigno quolibet paritercq̃ infortunioꝝ alterum in ſecundo alterum in. 12.
qꝺ genus ſigni potiuſ eſt. Si eni nec inſit ſtella fueritq̃ vel oriens vel aliud
quodlibet hoc modo affectum obſeſſa dicitur. Utrolibet igitur in genere ſi
vel ☉ vel fortunate reſpectus propius. 7. gradibꝰ interuenerit eripit magis
proprium domicilium huiuſmodi quaſi obſeſſio ſi infortunata fuerit ſũme
fortunata. ¶ Impedimenta ☽ ſeu corruptiones ſingulares vndecim ſunt.
Prima eſt eclipſis validiſſima in ſigno radicali ſeu in trigono eius aut te-
tragono eius. Scꝺa ſub radijs. Tercia inter ipſam ꝛ oppoſitionẽ ☉ minus
12. gradibꝰ. Quarta cum eſt obſeſſa inter duos malos. Quinta vt ſit curſu
vacua. Sexta qñ eſt cũ cauda draconis. Septĩa cũ eſt in auſtralibuſ ſignis
magiſq̃ deſcendẽs. Octaua in via puſta. Nona in fine ſignoꝝ. Decima cũ
minus medio ſuo motu incedit. Undecima in nono ab oriente.



BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

## ¶ In extrahendis ſtellarum radijs iuxta Ptholomeum.

In extrahendis ſtellarū radijs multa diuerſitas per diuerſos tractatus inuenitur ꝗ̄ alibi. Nam hic ptholomeum elegimus cuius ipſa hec verba. Quotiens inquit trahendi ſūt ſtellarum radij diſcernendum primum eſt locuſ ſtelle inter circuli quadrantes qui ſi inter celi cardinem ⁊ oriens reperitur obſeruatus aſſumetur: locus ſtelle ex circulo recto pariter et medium celi ex eodem circulo quo facto diminuet͂ is medij celi gradus de eo ſtelle gradu qđqꝫ remanſerit diuidetur per ptes hore gradus ſtelle vnde hore ſtellarūqꝫ puncta colligunt͂ eaqꝫ eſt diſtantia ſtelle a medio celi. Qꝫ ſi ſtella ſit inter oriens ⁊ terre cardinem: ſūmum recti circuli detrahet͂ de ſtelle gradu eiuſdem circuli reliquoqꝫ ſeruato aſſumpte partes hore gradus ſtelle per ſenarium multiplicabūtur: productaqꝫ ſūma de reſeruato reliquo diminuetur: quodqꝫ remanſerit diuidetur per partes hore oppoſiti gradus ſtelle: quotqꝫ colliguntur hore ſūnt horarum puncta ea eſt diſtantia ſtelle ab oriente. Si aūt inter quartum ⁊ ſeptimuꝫ aſſumes terre cardis circulꝰ diminuetur de loco ſtelle ex eodeꝫ circulo reſiduumqꝫ diuidetur per partes hore gradus oppoſite ſtelle: eaqꝫ eſt diſtantia ſtelle a cardine terre. Si enim inter ſeptimum celiqꝫ ſit cardineꝫ vnum recti circuli detrahunt de loco ſtelle eiuſdem circli reliquo notato parteſ hore oppoſiti gradus ſtelle ſenarius multiplicabit vnde pducta ſūma de notato reſiduo dempta reliquū per partes hore gradus ſtelle diuidetur: eaqꝫ eſt diſtantia ſtelle ab occidentis cardine. Ad hunc modum ſtelle a cardinibus diſtātia deprehenſa cum extrahendi fuerit radij ſtelle cuiuſlibet figure in ſiniſtraꝫ quidē ad exagonum. 60. ad tetragonū. 90. ad trigonum. 120. gradus adicientur. in dextra vero detrahētur. Cum hec itaqꝫ numero introitu facto in circulū rectum quot gradus equales in ſigno ſuo deſignauerit aſſument͂ deinde loco ſtelle per ortum climatis vt ante ſiniſtram. Item ad exagonū quidē. 60. ad tetragonum. 90. ad trigonum. 120. gradus addentur. in dexteram vero diminuent͂. Cum quo numero in tabula climatꝪ introitu facto quot gradus equales in ſigno ſuo demonſtrauerit aſſumentur. Si ergo vtrunqꝫ aſſumptus equalium graduum numerus in eundem gradum inciderit eum gradū eius ſtelle radij ferunt. Si vero in diuerſos collecta inter numeros differentia per ſenarium diuidetur: quantumqꝫ diuiſio dederit multiplicabitur per horas diſtātie ſtelle a cardine: productaqꝫ ſūma duoꝝ locorum loco ſtelle per gradus equales in ſiniſtra propinquiori. in dextra vero longiquiori adicitur. Quo ergo numerus puenerit eouſqꝫ radij ſtelle pertingunt. Oppoſitionis deniqꝫ radij per diametrum oppoſitū ſignificat.

2008 Ministerio de Cultura

¶De annis firdariech ſtellarum ſimul ⁊ de annis earum maioribus medijs ⁊ minoribus.

ANni ſtellarum quincꝫ partito reperiũtur. Alij quidẽ ſunt firdariech ſtellarũ. Alij ſunt magni ſtellarũ anni. Alij maiores: medij: minores. Alij quidem in iudicia ſeculi. Alij in vitam humanaz. Alij in rerum ⁊ tpm numeros tum ex vͦtute corpoꝝ ſtellarũ: tum ex varijs ꝑ circulos ſuos metis tum ex terminis cuiuſcꝫ aliſcꝫ atcꝫ alijs per circulum proprietatibus certis dimenſionibus aſſumpti quorum ratio plenius alibi tractatur. Nunc autem ſinguli in hunc̃ ordinez numerantur.

| Anni | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | ♄ | ♃ | ♂ | ☊ | ☋ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Firdarie | 10 | 8 | 13 | 9 | 11 | 12 | 7 | 3 | 2 |
| Maximi | 1460 | 260 al' 115 | 480 | 520 | 465 | 428 | 264 | | |
| Maiores | 120 | 82 al' 72 | 76 | 108 | 57 | 79 | 57 al' 66 | | |
| Medij | 39 ⁊ di. al' 69 ⁊ dimidium | 45 | 48 | 66 ⁊ di: al' 39 ⁊ dimidium | 42 ⁊ di. | 45 ⁊ di. | 40 ⁊ dimidium | | |
| Minores | 19 | 8 | 20 | 29 | 30 | 12 | 15 | | |

¶De naturis ſtellarum ſeptem ⁊ proprietatibus ducatuum per vniuerſa rerum genera.

POſtremo eſt vniuerſi ſtellarũ ducatus per diuerſos rerũ mot⁹ expoſitio quos in nullo ſingulari corpore ſimul omnes repiri impoſſibile eſt: ſed partim in hoc ꝑtim in illo: ſparſim omnes complentur. Conſequenter autem ſingulas tum ex naturali cuiuſcꝫ virtute: tum ex varijs locorum affectionibus diuerſos eorum motus comitantium.



2008 Ministerio de Cultura



♄ quidem natura frigidus ſiccus nōnunq; accidentaliter humidus obſcurus aſper grauis fetidꝰ vorax tenax: multe cogitatiōis firmeq; memorie ſibi magni: alijs parui: eius eſt agricultura: habitatio terrarum ⁊ aquarum rerum dimenſio ⁊ ponduſ: fundi partitio: multaq; interdum poſſeſſio: tum ⁊ manu altum pars artificiorum vt cementarij foſſores carpentarij atq; id genus tum ſūma ⁊ egeſtas nauigia longa via et difficilis longum exilium: etiam prouiſus difficultatum ⁊ periculorum incurſus: tum fraudes negcia doli proditio noxa facinora abhoīatio ſolitudo deliberatio quoq; ⁊ intellectus: ſermo certus ⁊ amicicia ſtabilis: longa ꝓuidentia: tum ⁊ regum conſules: omniſq; malicia iniquitas ⁊ violentia captiuitas: cathene compedes carceres damnatio inſtantia ꝑtinacia perfidia difficilis ira: nec tñ effrenis omniſq; boni odium ⁊ inuidia. Tum metus anguſtia dolor penitentia paſſiones dubitatio. Error in volucrum labor pena leſio funera luctuſq; funebrij orphani vidui ⁊ orbi: hereditates reſq; antique. Tum ſenex patres aui proaui eiuſq; partis pentes. Tum ſerui mācipia mercenarij eunuchi vulgꝰ atq; hominum genus infame ſteriles ignauum detractiuz: corporis partes auris dextra ⁊ ſplen omneq; melancolie genus. Tum malefici fures foſſoreſq; monumentoꝝ ⁊ ſpoliatoreſ: omneq; magice omniſq; maleficij ſtudiū poſtremo longa cogitatio: rarus ſermo: altus ſecretorū intellectus: occulta profundorum atq; inexhauſta ſapientia.

2008 Ministerio de Cultura



¶ ♃ natura calidus humidus dulcis temperatus equus eſt eius virtus na
turalis ac nutritiua corpora animantium ſobolisqꝫ progenies magnates ⁊
prelati: corporis partes auris ſiniſtra ⁊ epar: forme dignitas: animi nobili
tas: ſana ſapientia ⁊ intellectus: viſionum interpretatio: certitudo ⁊ veritas
Tum iura leges templa cerimonie religio honeſtaſ fortitudo temperantia
iudicia pacificentia: gratia vera fides humilitas ⁊ obedientia. Accidenter
aliquando poſt deliberationem inconſultus rerum aggreſſus: ac difficul-
tatum incurſus. Tum pacientia deinde vindicta ⁊ victoria in omni conten
tione magnificentia dignitates regna principatus. Tum ſpes gaudiũ mun
dicia ꝯtinentia parcitas beniuolentia amicicia liberalitas: animi ingenui-
tas. Tum facultates ⁊ ſuffragia: hominum ſocietates: cohabitatio contu-
bernium ſermones quoqꝫ dignitates ꝓmiſſio ſtabilis: depoſitio fidelis hi-
laris iocundus placidus indulgens veneri officio ⁊ ſibi ⁊ ſuis vtilis malum
fugiens ⁊ bonum appetens prouido conſilio: graui ſermone: ⁊ priuatis pu
blicis rebus ſalubris ac fructuoſus.



2008 Ministerio de Cultura



Mars :natura calidus ſiccus acutus vehemens atrox:eius eſt adoleſcē
tia vires epar cum ♃ nares cum ♀ corporiſqꝫ paſſiones calide: tum igni,
tabula exuſtio cunctiqꝫ repentini prouentus :reges violenti :inimici inhu-
mani:peruerſi iudices:iudicia caſtra regum:clientela iniquitas ſcelera pro
ditio pugna cedes effrenis audacia:ſtulta ſecuritas:elatio magna tumidi-
tas iactantia:forme et glorie amor: diſſenſiones litigia ſeditiones contro-
uerſie predationes oppreſſiones inſidia latrocinia:grauis ira:facil' offenſa
plage vulnera captiuitas diſcretio:fugiēdi difficultas:timor ac tremor: im
prouiſa feſtinatio perfidia contradictio turpiloquia:incautus amor: mani
feſta amicicia:promiſſus impenſus piurus doloſus reſponſione:⁊ aggreſſu
promptus atqꝫ ingenioſus fallax inconſtans exlex maledicus maleficus:
malignus temporis incompoſitus omnia contaminans: varie cogitatiōis
in reb⁹ cogitandis:in rerum cōmutatione conſultu reditu:multi murmur(
⁊ pene deformis inuerecundus inceſtus ſpureus ingratus:ꝑgnanti grauis
parturienti inimicus:partui periculoſus nōnunqꝫ aborſus: cauſa eiuſdem:
⁊ mediocre hominū genus. Tum et pecudum cuſtodia iumentorūqꝫ cauſa
⁊ procuratio. Tum ⁊ vulnerum ⁊ leſionū cauſa pluriumqꝫ cirurgia omneqꝫ
ferarium omne cruentum artificiumqꝫ mortiferum. Nam eiuſdem mortis
acerbum duo reliquum magis ♄ ☿ participe.

2008 Ministerio de Cultura



¶ Sol natura igneus tpatꝰ: eiꝰ
eſt oīs eoꝝ nitor ꝛ claritas vni-
uerſalis vita caput animātis cū
aīali ſpū atqꝫ oculo dextro. Opi
nio quoqꝫ ꝛ rō tuꝫ mediuꝫ zone
habitabilis: reges et primates:
cōcilia ꝛ cetus hoīuꝫ: fortitudo:
victoria: vindicta: honeſtas: ma
gnificentia: habitudo bona ex-
iſtimatio: ambitio: multaqꝫ au-
ri cupiditas ꝑſpicuitas mundi-
cia graue eloquiū vicinis noxiꝰ
remotis cōtra ſicqꝫ īt hec nūc
cōmodus eiuſqꝫ hic ſublimatio
illic degradatio habet leges: iu
dicia: magiſtratus intelligētias
tum patres ꝛ fratres nihil roganti negans. Poſtrema ſunt valida maloꝝ
vltio regimen imperiale ſūme diuinitatis contemplatio.



¶ Venus frigida ꝛ humida tē-
perata eius eſt muliex genꝰ mi-
noreſqꝫ ſorores. Tum veſtimē-
ta omniſqꝫ cultus ac redimicu-
la cū aureiſqꝫ ꝛ argenteis orna
mentis: tū frequēs balneū ꝛ ab
lutio forme qꝫ aptitudo gracio
ſa cum multa facecia: amor mu
fice gaudia loci oīſqꝫ inſtrumē
talis melodia cū ipis etiā inſtru
mentꝭ atqꝫ motibꝰ adaptis. Tū
ſponſe cum ſponſalibꝰ: ac tala-
mis cum triplici iure coniugij ſi
mul etiam odora dulcia ac ſna
uia qꝫ ludi inceſſeris atqꝫ aleis
ocia preter ſtudia: amor: laſci-
uia: dulces querele: effeminatio: indignatio: fallacia frequens mendaciuꝫ
ac periuria. Tum vina mella potuſqꝫ inebriabilis ipſaqꝫ ebrietas: luxuria:
fornicatio omneqꝫ id genus tum naturalis vſus qꝫ contra naturā in vtroli
bet ſexu tamqꝫ legittimi qꝫ illiciti cum ipſis oīum auctoribus ſimulqꝫ omni
prole illegali. Tum dilectio nati mutua hominū caritas pietas facilis cru-
delitas uoluntaria receptio valitudo corporis animi debilitas multa car-

BIBLIOTECA
DEL
OBSERVATORIO DE S. FERNANDO

2008 Ministerio de Cultura

noſitas pinguedo cum adipe omnis voluptas diuicie ꝛ oblectamenta eo
rūq; ſtudioſa inquiſitio. Tum ſubtilia mirandaq; artificia vt egregie pictu
re atq; ſcuture cū ſuis artificibus tum foꝛa ꝛ tentoꝛia odoꝛumq; mercature.
Poſtremo ſciētiarū intentio. Tēpla deinde legis obſeruatio ius equabile.



¶ Mercurius pꝛomiſcuus ad oēm cōmixtionis aſſenſu; facilis eius pueri
cia cum maioꝛib⁹ fratrib⁹ multoq; pueroꝝ amoꝛe. Tu; diuinitatis fides p
phetie ſermone diſcipline doctoꝛes cū diſcipulis ingeniū:rō:eloquentia:p
cepta eoꝝq; obſeruatio:plena ſapiētia:ſana doctrina:ſalubꝛis exhoꝛtatio
arguta deceptio;pbabiles inductiones neceſſarij ſilogiſmi:phie ac poetrie
ſtudium:plurimūq; in mathematica:ariſmetrica: geometrie ꝛ aſtronomie
nec ſine metrica ꝛ richmica. Tum diuinationū ſoꝛtilege quoq; cū augurijs
ꝛ auſpicijs pꝛeterea grata ꝛ fructuoſa facundia. Tum libꝛi cōmenta ſcribe
eoꝝq; officiū acuta ꝛ pꝛopterea officia diligens omniū ſciarum vſus ꝛ exer
citatio cū eleganti nouitatis inuentione ac ſecretoꝝ intellectu ſoli diuinita
ti patentiū rarū gaudiū rare delicie tenuis voluptas tum pꝛouidum conſi
liū:fama:rumoꝛes:ambitio magis gloꝛie cauſe deinde queſtiones tributa
ria eraria:appotetice queſtus cum multo ſumptu ac falſitate. Mercature
parciens negociationes furta: fraudulentia:maliuolentia:ignauia:inimi
citie:timoꝛ:ſeruitus:dubij atq; inuoluti affectus obedientia cu; ſumma in
tentione ac mitti in alienos doloꝛes cum paſſione fratru; amoꝛ pꝛopulſio

2008 Ministerio de Cultura

legis obſeruatio verax cauſata ingrata vocis modulatio aptitudo in omne artificiū cunctorūqꝫ perfectio confidenti omnium profeſſione. Poſtremo ſuendi:radendi:pectendi:adapta manus cum ſuis inſtrumentis ⁊ artificibus. Nam ⁊ fontiū ſcaturigines amniū decurſus aquarum deriuationes



¶ Luna frigida accidentalr̄ interdū calida ad lumen lucens leuis ad oīs faciens negocia:formam:gaudiū:famam affectans:eius ſunt negociorꝫ inicia reges ⁊ principatus ſubſtantia cuꝫ victualibus affectū conſecutio intentio in ſcientias legem altorūqꝫ contemplationē tum ⁊ carminū vires varij motus animi ſtudiorūqꝫ in terrarū atqꝫ aquarū computo ac dimenſione debilis tamen ſenſus tenuis memoria preterea matrone coniugia grauide nutritura ⁊ nutrices matres auie maioreſqꝫ ſorores nuncij mandata fugitiui mendaciū delatio aſſentatio omnibus motibus accomoda et accepta nihilominꝰ laus corporū ſaluti ſtudioſa multū edax parum venerea. ¶ Hij ergo ſtellarum ducatus vt nunquā omnes ſimul in vno corpore inueniuntur ſic nec ex vllo vno loco ſimplici ve ſtelle habitu per diuerſa tempora colliguntur.

2008 Ministerio de Cultura

¶ Liber octauus. 8. habet capitula. ¶ Primum de cauſa partiū. ¶ Secundū de diuiſione. ¶ Tercium de partibus ſtellarū. ¶ Quartū de partibus ſignorum. ¶ Quintum de partibus. ¶ Sextum de conuentu partium ¶ Septimū de ducibus partium. ¶ Octauū de eorum inuicē inuentione.

Primū caplm de cauſa partium.

